5220

# Logica et Philoſo-phia Algazelis Arabis.

03002496

¶ Petrus Liechtenſtein Colonienſis Germanus: ex oris Erweruelde oriũdus Ad laudem ⁊ honorem dei ſũmi tonantis: et ad cõmune bonum ſeu vtilitatem ſũmis cum vigilijs laboribuſq; hoc preclarũ in lucem opus prodire fecit Anno Uirginei partus. M.D.VI. Idibus Februarijs ſub hemiſpherio Ueneto.

* *
*

## ¶ Incipit Logica Algazelis de his que debent preponi ad intelligẽtiam logice: ⁊ ad oſtendendum vtilitates eius: ⁊ partes eius.

### Capitulum primum.

Imaginatio et credulitas sũt proprietates scientiarum

Quãuis ſcientiarũ multi ſint rami: due tñ ſunt proprietates: imaginatio ⁊ credulitas Imaginatio eſt apprehẽſio rerũ quas ſignificant ſingule dictiones ad intelligendum eas: ⁊ ad certificandũ. ſicut eſt apprehenſio ſignificationis huius nõis canis: arbor: ſpiritus: angelus: ⁊ ꝯſimiliũ Credulitas vͦo eſt ſicut ꝙ dicitur mundus cepit: et obedientia remunerabitur: Neceſſe eſt autem omnem credulitatẽ precedant ad minus due imaginationes Quiſquis enĩ non intellexit ſignificationẽ huius dictionis per ſe que eſt mũdus ⁊ huius dictionis per ſe que eſt cepit: nõ intelliget credulitatẽ hanc ꝙ mũdus cepit: ſed hoc nomen mundus non imaginanti eius ſignificationẽ erit nihil ſignificans velut bundus: ſimiliter et ſignificatio huius verbi qd̃ eſt cepit: non intelligenti eam erit velut ſignificatio huius vocis que eſt cebit quaſi nulla: et tunc ſi diceret tibi bũdus cebit: nec crederet nec ꝯcederet: qd̃ enĩ quis non intelliget quõ ꝯcedet vel negabit: Amplius imaginatio et credulitas vtraq; dicitur in id qd̃ primũ apprehendit̃ p ſe ſine exquiſitiõe ⁊ excogitatione: ⁊ in id qd̃ nõ apprehenditur ſine inquiſitione: Qd̃ autem imaginatur ſtatim ſine inquiſitione eſt: ſicut ens: aliquid: res: ⁊ ſimilia: Quod vͦo non imaginat̃ ſine inquiſitione eſt ſicut ſpũs ⁊ angelus: ⁊ imaginatio rerum: quarum eſſentie ſunt occulte. Credulitas vͦo que ſtatim apprehendit ſine inquiſitione eſt velut ſcientia hec: ⁊ eſt ꝙ duo ſunt plus q̃ vnũ: ⁊ quecũq; equalia idem: et inter ſe credibilia alia: et cum his etiam ſunt ſenſibilia: ⁊ ꝓbabilia ⁊ multa alia de ſententijs in quibus retinẽdis oẽs ꝯueniũt ſine precedenti inquiſitione que comprehenduntur in. xiij. ſpeciebus de quibus poſtea loquemur. Credulitas autẽ que non apprehendit̃ ſine inquiſitione eſt velut hec ꝙ mundus cepit: ⁊ ꝙ eſt reſurrectio corporꝝ: ⁊ ꝙ retributio eſt malorꝝ et bonorꝝ: ⁊ ſimilia. Quicq̃d aũt non poteſt imaginari ſine inquiſitione non poteſt apprehendi ſine diffinitione: ⁊ quicquid non poteſt credi ſine inquiſitione nõ poteſt apprehẽdi ſine argumẽtatione: Sed ante hoc neceſſe eſt precedere ſine dubio aliquam ſcientiam. Cum igit̃ ignorauerimus ſignificationẽ huius nõis homo: ⁊ interrogauerimus quid eſt: ⁊ reſpondebit̃ quidẽ nobis ꝙ eſt aĩal rationale mortale: oportebit tunc ꝙ animal ſit cognitũ apud nos: ſilr̃ et rationale ad hoc vt per cognitionẽ horum duorꝝ acquiratur nobis cognitio hoĩs ignoti. Iterum etiam dum non credimus ꝙ mũdus cepit ⁊ dixerit quis ꝙ mundus eſt formatus: ſed oẽ formatũ cepit: ergo mundus cepit certe hoc totũ non faceret nos ſcire id qd̃ neſcimus de inceptione mũdi niſi precederet credulitas ꝙ mũdus eſt formatus: et ꝙ oẽ formatũ cepit: et tunc ex his duabus ſcientijs acquiremus ſcientiam rei ignote nobis. Manifeſtum eſt igitur ex hoc ꝙ oĩs ſciẽtia que inquirit̃ nõ acquirit̃ niſi per aliquã ſcientiã que precedit: et hec non tendit in infinitũ: nã

Qd̃ qs nõ itelligit nõ debet cõcedere

Sciẽtia que inquirit̃ inquirit̃ p p̃cedentem ſcientiã

neceſſe eſt vt hec ꝑueniāt ad prima que
ſunt ſtabilia in natura intellectus ſine in
quiſitione et meditatione. Hoc eſt ergo
qđ dicitur preponi in tractatu logice.

¶ De vtilitate logice. Capitulū ſecūdū.

Ignotuʒ nō pōt ſciri niſi per notum

POſtq̄ʒ aūt manifeſtū eſt ꝙ igno-
tum non poteſt ſciri niſi per notū
⁊ ꝯſtat ꝙ per vnū aliqđ notū non poteſt
ſciri quodlibet ignotum: ſed quodlibet
ignotū habet aliqđ propriū notum ſibi
ꝯueniens qđ eſt via perueniendi ad aliū
⁊ repſentādi in intellectu illud: qm̄ ipſuʒ
eſt via qua venit̃ ad manifeſtationē il-
lius. tunc quod inducit ad cognoſcēdas
ſcientias imaginatiuas vocat̃ diffinitio
et deſcriptio: qđ vero inducit ad ſcien-
tias credulitatis dicit̃ argumentatio: Ar

Species argumentationis

gumētatio aūt alia eſt ſyllogiſmus: alia
inductio: alia exemplum: Diffinitio vō ⁊
ſyllogiſmus diuidit̃ in rectuʒ per quod
acquirit̃ veritas: ⁊ falſum ſed veriſimile
eſt. Scientia vō logice dat regulam qua
diſcernit̃ an diffinitio ⁊ ſyllogiſmus ſint
vitioſa an nō ad hoc vt diſcernat̃ ſcien-
tia vera a non vera: ⁊ hoc eſt quaſi pon
dus et menſura ad oēs ſcientias. In eo
aūt ꝙ non ponderat̃ pondere nō cogno
ſcit̃ augumentū vel diminutio: lucrum
vel dānū. Siquis autē dixerit ꝙ ſi vtili-
tas logice eſt diſcernere ſcientiā ab igno
rantia tunc que vtilitas eſt adeſt ſcientie
generaliter: Dicemus ꝙ oīs vtilitas vi-
lis eſt in comparatione felicitatis eterne
que eſt felicitas alterius vite: Hec aūt fe
licitas pendet ex ꝑfectione anime: Per-

Perfectio anime cōſiſtit in munditia ⁊ ornatu

fectio anime ꝯſtat in duobus: munditia
ſcʒ ⁊ ornatu. Munditia vō aīe eſt vt ex-
purget̃ a ſordidis moribus: ⁊ ſuſpendat̃
a phantaſijs turpibus. Ornatus vō eius
eſt vt depingat̃ in ea certitudo veritatis
ita vt reuelent̃ ei veritates diuine: īmo
eſſe totius ſm̄ ſeriem eius in reuelatione
q̄ʒ vera que ꝯueniat veritati in qua non
ſit error nec occultatio: Uerbi gratia. Si
eſt ſpeculū cui non eſt perfectio niſi ap-
pareat in eo forma pulchra ſm̄ ꝙ ipſa
eſt ſine deformitate ⁊ permutatione: qđ
non fit niſi ſit oīno terſum a ſorde ⁊ ru-
bigine: ⁊ poſtea apponant̃ ei forme pul-
chre niſi in rectitudine. Anima ergo ſpe-

Aīa ſpeculum eſt

culum eſt: nam ⁊ depingunt̃ in ea forme
totius eſſe cum mūda ⁊ terſa fuerit a ſor
didis moribus: nec poteſt ipſa diſcerne-
re vere inter mores honeſtos ⁊ inhone-
ſtos niſi per ſcientiā. Depingi autem for
mas omniū que ſunt in aīa nihil aliud ē
q̄ʒ ſcientiā omniū eſſe in ea. Non eſt aūt
via deueniēdi in ſcientiā niſi per logicā:
ergo vtilitas logice eſt apprehēſio ſcien
tie: vtilitas ſcientie eſt acquiſitio felicita

Sciētia acquirit eternaʒ felicitatem

tis eterne. Si ergo ꝯſtituerit ꝙ felicitas
eterna non poteſt haberi niſi ꝓpter per-
fectionē anime que non eſt niſi mūditia
⁊ ornatus perfectio logice eſt ſciētia ma
xime vtilitatis.

¶ De partibus logice Capitulū tertiū.

Intētio logice q̄ ſit

PArtes logice ⁊ ordo earū cogno-
ſcunt̃ ex oſtenſione ſue intentio-
nis: Intentio vō eſt diffinire ⁊ probare ⁊
diſcernere vitioſa a non vitioſis: ſiue ve
ra a falſis. Ex his autē qđ eſt magis ne-
ceſſariū probatio eſt que quidē cōpoſita
eſt. Probatio enī nō poteſt ordinari ad
minus niſi ex duabus propoſitionibus
ſicut poſtea dicemus. In oī aūt propoſi-
tione eſt predicatū ⁊ ſubiectū: In oī vō
predicato ⁊ ſubiecto dictio eſt que oīno
ſignificat aliqđ intellectū. Uolens autē
quis apprehendere compoſita ineſſe vel
in ſcientia difficile poteſt peruenire ad il
lud niſi prius habeat cognitionē vniuſ-
cuiuſq̄ʒ partiū. Sicut enī fabricator do-
mus prius eget preparatione laterum: li
gnoꝝ: ⁊ luti vt poſtea ex eis fabricet do-
mū: ſic ſcientia erit ſm̄ formā ſciti: ergo
inquiſitor ſciētie compoſiti dicit̃ primū
apprehendere ſcientiā partiū: vnde ſeq̄-
tur vt primū loquatur de dictionibus: ⁊

quomodo ſignificāt intellectus: deinde de intellectibus ꝛ eoꝝ diuiſionibus: dein de de enunciatione cōpoſita: ſcꝫ de predicato et ſubiecto et de eius ſpeciebus: ad vltimū de probatione que fit ex duabus enunciationibus. Loquemur aūt de probatione duobus modis: vno de materia alio de forma: ſicut poſtea ſcies. Et ī his tn̄ continet quicq̄d dicturi ſumus de logica: hec eſt autē multe materie.

Materia logice

Materia prima eſt de ſignificatione dictionuꝫ que certificatꝰ quinqꝫ diuiſionibus. Diuiſio pma eſt ꝙ dictiones ſignificāt itellectum tribus modis.

Dictiones ſignificant intellectū

Uno ſm parilitatē: ſicut hec dictio domus ſignificat domū: Alio ſm ꝯſequētiam: vt ſignificatio huius dictionis domus ꝯtinet in ſe parietē ſm ꝙ eſt pars. Nomē enī parietis impoſitū eſt proprie ad ſignificandū parietem ſm parilitatem. Nomen enī domus ſignificat etiā parietē: ſed differunt in modo ſignificandi. Tertio ſm ꝯcomitantiā vt tectum ſignificat parietē: que ſignificatio diſtat a ſignificatione ſm parilitatē: ꝛ ſm ꝯſequētiā: Que aūt in vſu eſt magis de ſignificatione dictionū eſt ſignificatio ſm parilitatē ꝛ ſm ꝯſequentiam: ſm ꝯcomitantiā vō minime: nam ꝯcomitantia habet aliam ꝯcomitantiā: ꝛ ſic ꝑuenit vſqꝫ ad res infinitas: de quibus nihil intelligi poteſt. Diuiſio ſecūda eſt ꝙ dictio diuidiꝰ in complexum et in incomplexū.

Dictio cōplexa ꝛ incomplexa

Incomplexū eſt cuius pars nihil ſignificat de intellectu totius: ſicut homo: eius enī pars que eſt ho: ꝛ mo: nihil ſignificat de intellectu qd̄ ſignificat homo: non ſicut hic: ſcꝫ ſeruus petri: vel petrus qui ambulat: ī his enī petrus qd̄ eſt pars orōnis aliquid ſignificat: ꝛ ambulat aliquid. Cum aūt dixeris adeodatus ſi fuerit nomen propriū erit incōplexum: Non enī intelligiꝰ ex eo niſi quantū ex hoc noīe petrus: ſi vō volueris intelligere a quo ſit datus tunc erit cōplexum: poſtq̄ aūt oīs qui diciꝰ a deo datus eſt ſine dubio a deo datus: tunc hoc nomen ex ſua ſignificatione ſit quaſi nomen cōe vel ambiguū: eo ꝙ aliqñ dꝰ ad cognoſcendū propriū nomen rei: ꝛ tunc nomen incomplexum eſt: aliqñ diciꝰ ad ſignificandū a quo ſit datus: ꝛ tūc eſt cōplexum. Diuiſio tertia. Dictio diuidiꝰ in ſingulare ꝛ vniuerſale.

Dictio diuiditur in ſingulare ꝛ vniuerſale

Singulare eſt cuius ſignificatio prohibet illud a multis participari: ſicut hic petrus: ꝛ hic equus: ꝛ hec arbor. Uniuerſale eſt cuiꝰ ſignificatio ñ ꝓhibet illud a multis ꝑticipari: ſic hoc ꝙ diciꝰ arbor: equus: homo. Q̄uis enī in mūdo non ſit niſi vnus equus: tñ equus vniuerſale eſt. Poſſibile eſt enī multa participare eo q̄uis hoc nō ſit in effectu nomen ſingulare vt dicatur hic equus: Quapropter cum dixeris ſol vniuerſale eſt: ſi enī ponereꝰ multos eſſe ſoles tūc ſub hoc noīe ꝯcluderentꝰ oēs: qd̄ eſt ꝯtrariū huius dictiōis que eſt hic ſol Diuiſio quarta eſt. Dictio diuidiꝰ in actionem: nomen: ꝛ ꝯiunctionē.

Dictio diuidiꝰ in actionem nomen ꝛ cōiunctionem

Logici aūt actionē verbū vocant: Unūquodqꝫ aūt ſcꝫ nomen ꝛ verbū differunt a ꝯiunctiōe eo ꝙ ſignificatio cuiuſqꝫ eoꝝ plana eſt ꝑ ſe: qd̄ non habet per ſe ꝯiunctio. Cū enī quis interrogat dicens: Quis eſt ille hō: reſpondeꝰ petrus: intelligiꝰ tunc ꝛ ꝑficitur reſponſio. Silr̄ cum quis interrogat dicens: Petrus quid fecit: reſpondeꝰ ꝑcuſſit: cōpleꝰ reſponſio. Si vō quis dixerit vbi eſt petrus: rñdeꝰ infra vel ſupra non cōpleꝰ reſponſio niſi addatꝰ domuꝫ vel tectū: ergo intellectus ꝯiūctionis nō apparet per ſe niſi ex adiunctis. Differt aūt verbū a noīe in hoc ꝙ verbū ſignificat intentionē ꝛ tēpus qd̄ cōtingit: ſicut hoc verbū percuſſit ſignificat ꝑcuſſionē ꝛ tempus preteritū quo ꝯtigerit: Nomē aūt vt hō ꝛ equus non ſignificat tēpus.

Differt nomē a verbo

Si autē aliquis dixerit ꝙ poſtq̄ heri: et olim: et cras ſignificant tempus: et tunc

ſunt verba: reſpondebis ꝙ verbū ſigni-
ficat intentionē: ⁊ tēpus illius intentio-
nis: heri ṽo vel cras vel olim ſignificant
tm̄ ipſum tempus ⁊ tempus eſt ipſa eo
rum propria ſignificatio non tempus ſi
gnificationis: Si enim heri ſignificaret
aliquid ꝯtigiſſe in tempore neceſſe eſſet
ꝙ tempus eſſet preter naturalē ſignifi-
cationē eius: heri tunc diceret̃ eſſe ver-
Dictionum alia vniuoca: alia multiuoca: alia diuerſiuoca: alia equiuoca: alia couenientia.
bum: ⁊ ꝯueniret ei diffinitio verbi. Diui
ſio quinta eſt ꝙ dictiones in eſſe ratio-
num ſunt quinqꝫ modis: Sunt eni vni-
uoca: multiuoca: diuerſiuoca equiuoca:
couenietia. Uniuoca ſunt vt hec dictio
animal ꝯuenit homini et equo ſm̄ ean-
dez intentionē ⁊ indifferenter ſine ma-
gis ⁊ minus: ⁊ ſine prius ⁊ poſteriꝰ: ani-
malitas enī oībus iſtis eſt vna. Simili-
Diuerſiuoca noīa q̄ ſint.
ter homo ꝯuenit petro ⁊ ioāni. Diuerſi-
uoca ſunt multa nomina eiuſdez rei: vt
Multiuoca
enſis: mucro: gladius. Multiuoca ſunt
multa noīa multarum rerum: vt equus
Equiuoca.
⁊ aſinus que ſunt ſingula rerum. Equi-
uoca ſunt vt vna dictio ꝯueniens mul-
tis ⁊ diuerſis: vt canis qui dicit̃ de latra
Coueniētia.
bili ⁊ de celeſti ſydere. Couenietia ſunt
media inter vniuoca ⁊ equiuoca: vt ens
qđ dicit̃ de ſubſtantia ⁊ accidente. Nō
enī eſt ſicut hec dictio canis: ea enī que
appellantur canis non ꝯueniunt in ali-
qua ſignificatione canis: eſſe ṽo ꝯuenit
ſubſtantie ⁊ accidenti: nec ſunt ſicut vni
uoca. Animalitas enim eque ꝯuenit ho-
mini ⁊ equo: indifferenter ⁊ eodem mo
Prius dꝫ eē ſubſtātia q̄ꝫ accidens.
do: eſſe ṽo prius habet ſubſtantia dein-
de accidens mediante alio: ergo eſt eis
eſſe ſm̄ prius ⁊ poſterius: hoc dicit̃ am-
biguum eo ꝙ accedit ⁊ ad hoc ⁊ ad hoc
Sufficiant ergo nobis hec dicta de in-
Materia ſecūda logice.
tentione dictionum. Materia ſecunda
eſt de intentione vniuerſaliū ⁊ de diuer
ſitate ſuarum compoſitionum vel com
parationū inter ſe ⁊ diuiſionē ſuaꝝ. Cū
enim dixerimus: hic homo eſt animal:

hic homo eſt albus apprehēdimus dif-
ferentiam comparationis animalitatis
ad illum: ⁊ comparationis albedinis ad
illum: cuius enim comparatio fuerit vt
comparatio animalitatis ad ſubiectum
illud vocat̃ eſſentiale: ⁊ cuius compara
tio fuerit vt albedinis ad ſubiectum il-
lud dicitur accidentale. Dicimus ergo
ꝙ omnis intentio vniuerſalis cum com
paratur ad particulare contentū ſub eo
vel eſt eſſentialis vel accidētalis. Inten
tio ṽo non eſt eſſentialis niſi vt ꝯueniāt
ſibi tria: primū eſt cum intellexerit eſſen
tiale: ⁊ id cui eſt eſſentiale nō poſſit ima
ginari ſubiectum poteſt intelligere niſi
intelligat eſſentiale exiſtere ī eo: nec poſ
ſit vllo modo ſubiectū intelligi ſine illo.
Cum enī intelligis quid eſt hō: et quid
eſt animal non poteſt intelligere homi-
nē ſine intellectu animalis: ſimiliter cuꝫ
intelligis numerū et intelligis quatuor
non potes percipere tuo ītellectu qua-
tuor ſine numero: ſi autem loco anima-
lis ⁊ numeri poſueris ens ⁊ album poſ-
ſibile eſt te intelligere quatuor: ita ꝙ nō
intelligat̃ an habeant eſſe an nō an ſint
alba vel non: ſed fortaſſe dubitabit an
ſint in mūdo quatuor vel non: ſed hoc
non impedit intellectū tuum ad intelli-
gendū eſſe vnū quaternarij: ſimiliter cū
intellexeris quid eſt hō non eſt neceſſe
te intelligere eum eſſe: vel eſſe albū: nec
tm̄ poteris eū ītelligere niſi ītelligas qđ
eſt animal: Q̄uis non ſatiſfaciat tuo in
tellectui hoc exemplū eo ꝙ nos ſumus
hoīes hō ⁊ oēs alij qui nunc ſunt: pone
ergo aliud exēplū ſicut de fenice: vel ali
quo alio extraneo: et manifeſtabit̃ tibi
q̄r eſſe accidētale eſt oībus: aīal ṽo eſſen
tiale eſt hoī: ſilr color nigredini: ⁊ nume
rus quaternario. Secundū eſt vt poſſit
intelligi vniuerſale neceſſario eſſe prius
poſterius ṽo particulare ꝯtentū ſub eo:
vel in eſſe vel in intellectu: ſicut neceſſe

eſt prius eſſe aĩal: deinde equus vel hō: ⁊ neceſſe eſt prius eſſe numeruꝫ: deinde quatuoꝛ: Non poteſt aūt dici ꝙ neceſſe eſt prius eſſe riſibile: deinde homo: imo intelligiť neceſſario prius eſſe hominez poſtea riſibile: nam non eſt eſſe hominē riſibilem naturaliter: foꝛma eſt accidentalis que ↄſequiť eſſe ſuū: ⁊ particulariter eſt homini eſſe riſibile et eſſe aĩal inquantū eſt cōmunicans riſibile inſeparabile: Differentia aūt inter illa facile deprehendi poteſt.

*Neceſſe eſt ſpiritū humano coꝛpori vniri ad hoc vt ſit homo.*

Neceſſe eſt prius vniri coꝛpori ſpiritū hoĩs ad hoc vt ſit homo Nō pōt aūt dici neceſſe eſt ꝑus eē riſibile ad hoc vt ſit hō: ſꝫ diceť neceſſe eſt prius eē hoĩez ad hoc vt ſit riſibile. Ex hac aūt ꝑoꝛitate nō ĩtelligiť oꝛdo tēpoꝛalis ſed oꝛdo ĩtellectualis ꝙuis ſint paria in tpe. Tertiū eſt qꝛ poſſibile nō ē eſſentiale eſſe poſitiuū. Non enĩ poteſt dici ponamus hominē eſſe aĩal: ⁊ in nigredine eſſe coloꝛē: et quatuoꝛ eſſe numerū. Homo enĩ eſſentialiter eſt animal non pꝛopter poſitionē alicuius: ſi enĩ pꝛopter poſitionē alicuius homo eſſet animal tunc poſſibile eſſet imaginari nos poſſe ponere illum hominē ⁊ non animal: hoc non eſt poſſibile eſtimari: ſi enĩ poſſibile eſt nos poſſe eſtimari ponere illum hominē: ⁊ non riſibile accidentale poſitiuū eſt nam poteſt dici que res poſuit hominē habere eſſe riſibile: ⁊ hec ĩterrogatio vera eſt: ſed non eſt vera interrogatio qua queriť que res poſuit hominē eſſe aĩal: idem enĩ eſt dicere quis poſuit hominē eſſe aĩal: ꝙ quis poſuit hominē eſſe hominē: dicemus ergo ꝙ homo eſt homo eſſentialiter: ⁊ hō eſt aĩal eſſentialiter: nihil enĩ aliud intelligiť de hoĩe: ꝙꝫ ꝙ eſt aĩal rationale: nec ĩtereſt an dicať q̄ res poſuit aĩal rōnale: aĩal rōnale an dicať que res poſuit aĩal rōnale: aĩal: nā breuiať vna duarū ĩterrogationū noĩando vnā duarū eſſentiaruꝫ ſine altera: Diuiſio aūt niſi ꝑdicatū fuerit diuerſum a ſubiecto: ⁊ fuerit extra eſſentiā ſubiecti totaliter nō pōt eſſe poſitio: nō enĩ diciť poſſibile quia eſt poſſibile et neceſſariū: ſed dicitur poſſibile quia habet eſſe. Alia diuiſio ſolius accidētalis.

*Accidētalis diuiſio in ſeparabile ⁊ ñ ſeparabile.*

Accidentale enĩ diuidiť in cōmunicans ſeparabile et incōmunicans oĩno inſeparabile: Inſeparabile enĩ eſt riſibile homini: et paritas duobus: ⁊ tres angulos cuiuſlibet trianguli equos eſſe duobus rectis: hoc eniꝫ inſeparabile eſt a triangulo: et cōmunicans non eſſentiale. Separabile vō diuidiť in tarde ſeparabile: vt pueritia ⁊ iuuētus hoĩ: ⁊ in cito ſeparabile: vt ruboꝛ ⁊ verecundia. Inſeparabile vō diuidiť in inſeparabile in eſtimatione nō ineſſe vt nigredo ethiopi: ⁊ inſeparabile ĩ eſſe eſtimatiōe: vt paritas quaternario ⁊ indiuiſibilitas puncto. Eſt etiam ſeparabile in eſtimatione nō ineſſe vt tres angulos equos eſſe duobus rectis: Poteſt enim quis intelligere triangulū: et non intelligere hoc: non poteſt enĩ intelligi quatuoꝛ niſi prius ſimul intelligať cum eis paritas ꝙuis ſit de cōmunicantibus ⁊ quia hoc fuit cōmunicans pene eſſentiale: ⁊ quaſi indifferēs ab eo: iccirco poſuimus tres pꝛedictas intentiones vt ſimul ↄſiderenť oēs vt ſciatur ꝙ ex ↄiunctione trium ſimul ⁊ non ex vna eaꝝ tm̄ eſt aliqđ eſſentiale.

*Accidentale diuiditur in ꝓpꝛiū ⁊ cōe.*

Item accidentale diuidiť in id qđ eſt ꝓpꝛiū ſubiecto: vt riſibile hoĩ ⁊ vocať ꝓpꝛiū: ⁊ in id qđ eſt cōe multis: vt comedere hoĩ: ⁊ vocať accidēs abſolute. Itē eēntiale ſm̄ ↄſiderationē magis vl̄is ⁊ minus vl̄is diuidiť in illud ſuꝑ qđ non eſt aliqđ cōius vt h̄ dr̄ genus: ⁊ in id ſub quo nō eſt aliq̄d minꝰ cōe: et h̄ dr̄ ſpēs: ⁊ in id qđ eſt mediū ⁊ reſpectu ſuꝑioꝛis dr̄ ſpēs: ⁊ reſpectu ĩferioꝛis dr̄ genꝰ. Id āt ſub quo nō eſt minꝰ cōe dr̄ ſpēs ſpālıſſima: ⁊ id ſuꝑ qđ nō eſt cōius dr̄ genꝰ gn̄aliſſimū. Genera aūt

ſupꝛa que nõ eſt aliqȯ genus decẽ ſunt: ſicut poſtea dicemus: vnũ eoꝝ eſt ſubſtã tia: et nouẽ ſunt accidentia. Subſtãtia g° eſt genus generaliſſimuꝫ: qꝛ nihil ea eſt cõmunius: niſi eſſe. eſſe v° accidẽtale eſt nõ eſſentiale: genus aũt intelligiť qȯ eſt eſſentiale cõmunius. Deinde ſubſtantia diuidiť in corpus ⁊ in non corpus. Cor/pus v° diuidiť in vegetabile ⁊ nõ vege/tabile. Uegetabile v° diuidiť in plantas ⁊ aĩalia. Aĩal v° diuidiť in hoĩeꝫ ⁊ alia. Subſtãtia ergo eſt genus generaliſſimũ ⁊ hõ eſt ſpẽs ſpecialiſſima: Media autẽ hoꝝ vt planta ⁊ aĩal dicunť ſpẽs ⁊ gene ra diuerſis reſolutionibus. Hõ v° diciť ſpẽs ſpecialiſſima: eo ꝙ nõ diuidiť: niſi in ea tm̃ que ſunt accidentalia: vt in pue rũ: iuuenẽ: longũ: ⁊ bꝛeuẽ: ſapientẽ: ⁊ inſi pientẽ: Hec aũt accidẽtalia ſunt nõ eſſen tialia. Nã hõ differt ab equo eſſentiali/ter: et nigredo ab albedine eſſentialiter: Hec aũt nigredo nõ differt ab illa nigre dine nã ⁊ eſſentia: ſed ꝑpter diuerſitatẽ: Si autẽ hec nigredo ineſt atramẽto illa aũt in coꝛuo: ſed illa q̃ꝫtũ ad coꝛuũ acci/dentalis eſt. Petrus v° nõ differt a ioã/ne in humanitate vel in aliquo eſſentiali ſed in hoc ꝙ eſt filius alteri⁹ ſingularis: vel alterius terre: vel alterius coloꝛis: vľ alterius quantitatis: vel alterius moꝛis: vel alterius vitij. Hec aũt oĩa accidẽtalia ſunt hoĩ accidẽtalia: ſicut pꝛedictũ eſt in ſignificatione accidẽtalis. Itẽ eſſentiale ſm aliã ꝯſiderationẽ diuidiť in id qȯ re/ſpondeť ad q̇d eſt cũ interrogans inten/dit certificari de eſſentia rei: ⁊ in id qȯ re ſpondeť ad quale quid eſt: Pꝛimũ autẽ vocať genus vel ſpẽs: ſm differẽtiã: Exẽ plũ pꝛimũ eſt vt aĩal qȯ reſpondeť cum interrogať de multis q̇d ſũt: vt de equo: boue ⁊ alijs. Siľr ⁊ hoc reſpondeť cũ ſit interrogatio de multis ſignificatis ꝑ q̇d ſunt: vt de petro ⁊ ioãne ⁊ reliquis: exẽ/plũ ſcḋi eſt rationale. Siquis eñi inter/roget de hoĩe ſignificato q̇d eſt ⁊ rñdeť aĩal: adhuc reſtat interrogatio: eo ꝙ aĩal ꝯtinet in ſe hominẽ ⁊ nõ hominẽ: vnde eget alio per qȯ ſepareť ab alijs eſſentia eius. Interroganti ergo quale aĩal eſt re ſpondeť rationale eſt. rationale enim eſt differentia eſſentialis dicta de eo diffini tio v° reſpõdeť ad interrogationẽ factã per qȯ res eſt. Ex ꝯiunctione v° aĩalis ⁊ rationalis fit diffinitio vera: eo ꝙ diffi/nitio eſt id qȯ facit imaginari quiditatẽ rei in aĩa interrogantis: ſi aũt loco ratio/nalis poſueris accidentale per quod ſe paratur ab alijs aĩalibus: veluti ſi dicam hõ eſt aĩal ſtans erectũ: latis vnguibus: riſibile ſiľr hoc quidẽ determinat: ⁊ ſepa rat ipſuꝫ ab omnibus aĩalibus: ſed voca tur deſcriptio: cuius vtilitas eſt diſcerne re tm̃: diffinitione v° acquiritur veritas eſſentie rei: vnde nec poteſt fieri diffini/tio niſi ex differentijs ſubſtãtialibus tm̃ Deſcriptio v° ſequiť poſtq̃ꝫ aliqñ fit ap poſita vna differentia: ſed veritas rei cer tiſſime nõ cognoſciť niſi multis differẽ/tijs: Multa eñi ſunt que plures habent differentias. Quiſq̇s ergo vult imagina re ĩ aĩo aliquã quiditatẽ rei eget noĩbus omniũ illaꝝ differentiaꝝ. Cum eñi quis in diffinitiõe aĩalis dixerit: ꝙ aĩal eſt coꝛ pus aĩatũ ſenſibile iam induxit res eſſen tiales: deſcriptiuas: oꝛdinatas: ꝯuertibi/les: neceſſe eſt adhuc addi mobile volun tate: ⁊ ſic compleť diffinitio additionuꝫ cognitionũ eſſentialiũ ⁊ cognitio verita/tis ipſius rei. Poſtq̃ꝫ aũt facta eſt cogni/tio diffinitiõis faciã te cognoſcere: quot modis ſit erroꝛ in illa. Poſtq̃ꝫ ꝑpinquũ gen⁹ ⁊ differẽtie oẽs dicte eſſentiales oꝛ/dinanť in ea ꝙ oẽs modi ꝯueniũt in hoc ꝙ res non diffiniť ꝑ id qȯ nõ eſt notius illa: aut eñi rem faciat notã eſſe ꝑ ſeipſaꝫ aut ꝑ eque ignotã: aut ꝑ ignotius ea: aut per id qȯ nõ poteſt ſciri niſi per illã eꝰ. Exemplũ pꝛimi eſt id qȯ diciť in diffini

Subſtãtia diuidiť in cor/pus ⁊ nõ cor/pus

Deſcribiť homo

Differẽtia ĩter deſcri/ptionem ⁊ diffinitio/nem

Quot mo dis cõmit/titur erroꝛ in diffini/tione

tione tẽporis qđ eſt mora motus cũ tem
pus non ſit niſi mora motus. Qui enim
ignorat tẽpus ignorat niſi morã motus
ꝛ intentionẽ more quid eſt. Exemplũ ſe-
cũdi eſt vt deſcriptio albedinis qua dr̃
ꝙ eſt cõtraria nigredini. Deſcribit᷑ ergo
res ꝑ ſuũ ꝯtrariũ: ſed cũ ignorauerimus
rem ꝛ ignorauerimus eius ꝯtrariũ eque
eſt ignotũ ſibi eius ꝯtrariũ: nec põt ma-
gis cognoſci albedo per nigredinẽ ꝙ̃ ꝯ̃
Exemplũ tertij eſt id qđ quidã dicunt in
diffinitione ignis ꝙ ignis eſt elementuꝫ
ſimile aĩe: Conſtat aũt aĩaꝫ ignotius eſſe
igne quomodo aũt poterit ſciri per eam
Exemplũ quarti eſt cũ deſcribunt᷑ res ꝑ
id qđ nõ ſcit᷑ niſi per eam ſicut cum dicã
viuit ſol qui eſt planeta illuminãs diem
Noiat᷑ ergo dies in diffinitione ſolis cũ
nõ intelligat᷑ dies niſi per intelligentiaꝫ
ſolis: eo ꝙ diffinitio vera diei eſt vt di-
cat᷑ dies eſt tẽpus ꝑmanentia ſolis ſuꝑ
terrã. Hec ſunt que in diffinitionibus ca

Eſſentiale in tria diuiditur

ueri debẽt: Patet aũt ex ꝑ̃dictis ꝙ eſſen
tiale diuidit᷑ in tria que ſunt genus: ſpẽs

Accidẽs in duo diuiditur

ꝛ differẽtia. Accidens vͦ diuidit᷑ in duo
ꝓpriũ accidens: ꝛ cõe accidens. Mani-

Uniuerſale in quinqꝫ diuidit᷑

feſtuꝫ eſt igitur ꝙ vniuerſale diuidit᷑ in
quinqꝫ que dicunt᷑ incomplexa quinqꝫ:
hec aũt ſunt genus: ſpẽs: differentia: pro
priũ ꝛ accidẽs. Materia tertia eſt de cõ-
iunctione incõplexoꝝ: ꝛ de partibus enũ
tiationis. Intentiones incõplexe cũ com
ponunt᷑ proueniũt ex eis multe ſpẽs de
quibus oĩbus non intẽdimus niſi de ea
ſola que eſt enũtiatio que vocat᷑ indica-
tiua vel dictio diffinitiua: ꝛ hec ẽ in qua
ꝯtingit veritas vel credulitas vel ꝯtra-
dictio vel falſitas. Cũ enĩ dixeris ꝙ mũ-
dus cepit poſſibile eſt ꝯtingere te dicere
verũ: ſed ſi dixeris hõ eſt lapis poteſt ti-
bi ꝯtradici: ſi vͦ dixeris cũ fuerit ſol ſuꝑ
terrã ſtelle non apparebũt verũ dices: ſi
vͦ dixeris ſtellas apparere in die mẽtie
ris: ſi aũt dixeris mundus aut cepit eſſe
aut eſt eternus verax es: Si vͦ dixeris
Petrus aut eſt ꝯſtantinopoli aut rome
ꝯtradicet᷑ tibi eo ꝙ poteſt eſſe hieroſoly
mis. Hec ſunt diuiſiones enuntiatiuarũ:
ſi aũt dixeris doce me aliquã queſtionẽ
vel dixeris placet tibi vt eamus romam
poteſt credi vel non credi. Intentio enũ
tiatiue hec eſt: ſed admodo aſſignemus

Diuiſio enũtiationis in cathegoricã ꝛ hypotheticam

ſpecies eius. Diuiſio prima eſt ꝙ enũtia-
tiua alia eſt cathegorica vt hic mundus
cepit: alia hypothetica. Hypothetica alia
ꝯiuncta: vt hec cũ ſol eſt ſuꝑ terrã dies
eſt: alia hypothetica et diſiuncta vt hec:
aut mũdus cepit: aut eſt eternus. Prima
aũt ſcꝫ cathegorica ꝯſtat ex duabus par
tibus quaꝝ vna dicit᷑ ſubiectũ qđ eſt id
de quo agit᷑ ſicut mũdus: ſcđa dicit᷑ pre
dicatũ qđ eſt de quo dicit᷑ ſicut cepit: ꝗ
ſunt partes huius enuntiationis que eſt
mũdus cepit. Unũquodqꝫ aũt predica-
tum ꝛ ſubiectũ aliqñ eſt incõplexa vox
ſicut ea que prenominauimus mundus
cepit: aliqñ eſt cõplexa: ſed qñqꝫ poteſt
repreſentari voce incomplexa vt cũ dr̃
aĩal rationale mouet᷑ motu pedũ ſuoꝝ:
qm̃ aĩal rationale eſt hic ſubiectũ: ꝛ eq-
pollet huic ſignificationi huius noĩs hõ
qui eſt vox incomplexa: Moueri auteꝫ
motu pedũ ſuoꝝ eſt ꝑ̃dicatũ ꝛ equipol-
let ſignificationi huius verbi ambulat:
Similiter hypothetica ꝯiuncta ꝯſtat ex
duabus partibus quaruꝫ vnaqueqꝫ eſt
enuntiatiua. Prima aũt pars eſt vt cum
dicit᷑ cum ſol eſt ſuꝑ terrã: ꝛ hec dicitur
antecedens de qua ſi auferat᷑ cõiunctio
ꝯditionalis que eſt cum manebit ſol eſt
ſuꝑ terrã: ꝛ hec eſt enũtiatio: ſic itaqꝫ vi-
det᷑ ꝙ ꝯiũctio ꝯditionalis aufert ei eſſe
enuntiatiuã capacẽ veritatis vel falſita-
tis: Pars ſecunda hec eſt tunc ſtelle oc-
cultant᷑: ꝛ hec dictio ꝯſequens enuntia-
tiua: de qua ſi tollat᷑ ꝯiunctio ꝗ eſt pars
tunc remanebit ſtelle occultant᷑ que eſt
enuntiatiua. Differentia autẽ inter hanc

Differẽtia ĩter cathegoricã ⁊ hypotheticã enũciationẽ.

⁊ cathegoricam eſt duobus modis. Vno ꝙ hypothetica ꝯiuncta conſtat ex dua-bus partibus quarum nulla poteſt ſi-gnificare hoc quod vox ĩcomplexa: cu-ius contrarium habet cathegorica. Se-cũdo ꝙ in cathegorica poſſibile eſt que-ri de ſubiecto eius an ipſe ſit predica-tus cum dicit ꝙ homo eſt animal: ⁊ po-tes interrogari ab aliquo dicente ſi ho-mo eſt ipſum animal: antecedens autꝫ nunꝙ̃ eſt ipſum conſequens: ſed con-ſequens aliquando eſt extra id: eſt au-tem coniunctum ei ⁊ communicans et ꝯſequens in ſuo eſſe ad eſſe illius. Itꝫ

Hypothetica alia ꝯiuncta alia diſiuncta.

hypothetica ꝯiuncta differt ab hypothe-tica diſiuncta duobus modis: Uno ꝙ diſiuncta etiam conſtat ex duabus par-tibus quarum vnaqueꝗ eſt enunciati-ua cum ablata fuerit ꝯiunctio diſiuncta que eſt aut: Partes autem eius non ha-bent ordinẽ niſi ſola ꝓbatione: Potes enĩ dicere aut mũdus cepit aut mũdus eſt eternus: Si vͦo ꝯuertes dicẽs aut eſt eternꝰ aut cepit non mutabiť intentio. In cõiuncta vͦo ſi prepoſueris ꝯſequẽs mutabiť tota ſignificatio: ⁊ fortaſſe vna earum erit vera altera falſa. Alio eo ꝙ ꝯiuncta ꝯſequens eſt qđ eſt cõueniens antecedenti in intellectu coherendi ei: et cõmutandi illum: et nunꝙ̃ opponiť ei: In diſiuncta vͦo vna eaꝝ partium appo-ſita eſt alij ⁊ ſeparata ab ea: eo ꝙ cũ vna earum poniť altera remoueť. Secunda

Enunciatiua diuiditur in affirmatiuaꝫ ⁊ negatiuaꝫ.

diuiſio eſt ꝙ enunciatiua diuiditur ſm intentionem predicati in affirmatiuam vt eſt hic mundus cepit: ⁊ in negatiuam vt eſt hic mundus nõ cepit. Hoc autem aduerbium non nomen eſt negationis: negatio vͦo hypothetica coniuncta fit vt negatio apponatur coniunctioni ſic non cum ſol eſt ſuper ipſam terram ſtelle oc-cultantur: negatio vͦo diſiunctiua fit vt negetur coniunctio diſiunctiua ſic non eſt aſinus vel maſculus vel niger: ſed vel eſt maſculus vel femina: nec eſt mũ-dus eternus aut corruptibilis: ſed vel eternus vel cepit. In coniuncta autem antecedens aliquando eſt negatiuum ⁊ conſequens negatiuum: ſed alia compo-ſita ex eis eſt affirmatiua vt ſi fuerit ſol ſuper terram non erit dies: Hec enim affirmatiua eſt quoniam affirmat con-comitantias remotionis diei cum remo-tione ſolis ſuper terram: Et hec eſt intẽ-tio affirmandi in hac propoſitione: ſed hic erant multi dicentes illam eſſe nega-tiuam: Similiter etiam errant in cathe-gorica: et putant ꝙ hec petrus eſt inſi-piens ſit negatiua: eſt autem affirmati-ua: eius enim intentio eſt ſignificare euꝫ eſſe ſtultum: ⁊ hoc totum eſt predicatuꝫ ⁊ poteſt affirmari et negari: ſcꝫ dici pe-trus eſt inſipiens: ⁊ petrus non eſt inſi-piens: et hec propoſitio priuatiua dici-tur cum re vera ſit affirmatiua: ſed eſt tranſlata ad formam negationis Quod ſic probatur: Quod enim non eſt vere negari poteſt vt hic ſocius dei non eſt ſapiens: non poteſt autem dici ſocius dei eſt inſipiens: ſicut non poteſt dici eſt ſtultus. Item alia propoſitionis diuiſio ſm intentionem ſubiecti diuiditur in ſin-gularem vt petrus ſapiens: ⁊ in non ſin-gularem. Non ſingularis autem diui-ditur in indefinitam ⁊ definitam. Inde-finita eſt que non determinatur aliquo ſigno vniuerſalitatis vel particularita-tis: vt eſt homo tolleti: Poteſt enim in-telligi de aliquo hominum. Definita eſt que determinatur aliquo ſigno vniuer-ſalitatis vel particularitatis: q̃ eſt qua-druplex: ſcꝫ affirmatiua vniuerſalis: vt omnis homo eſt animal. ⁊ affirmatiua particularis: vt quidam homo eſt ſcri-ptor. negatiua vniuerſalis vt nullus ho-mo eſt lapis: ⁊ negatiua particularis: vt non omnis homo eſt ſcriptor: vel qui-dam homo non eſt ſcriptor. Scdͦm hoc

Quod nõ eſt negari poteſt.

Diuiſio ꝓpoſitiõis.

igitur fiunt propoſitiones octo cum his quatuoꝛ que ſequuntur: Singularis affirmatiua: ꝛ ſingularis negatiua. Indefinita affirmatiua: ꝛ indefinita negatiua his autem quatuoꝛ non multuꝫ vtimur in ſcientijs. Indefinite v̄o accipiuntur in ſenſu particularium quoniam ſine dubio de parte ſignificat. Uniuerſalitas autꝫ in illis dubia eſt: ꝛ quia ad vtrūqꝫ ſe habent: ꝛ non ſunt certe iccirco excluduntur a demonſtratiuis: remanent igitur definite decem ſcꝫ affirmatiua vniuerſalis: ꝛ affirmatiua particularis: negatiua vniuerſalis: ꝛ negatiua particularis. Hypothetica v̄o coniuncta diuiditur in vniuerſalem: vt ſi ſemper ſol eſt ſuper terram ſemper eſt dies: ꝛ particularem: vt ſi aliquando ſol eſt ſuper terram erit dies Diſiuncta v̄o fit vniuerſalis cum dicitur oē coꝛpus aut mouetur aut quieſcit: particularis etiam cum dicitur quidam homo aut eſt in naui: aut eſt merſus: ſed hec non eſt vera niſi pꝛo homine exiſtente in mari non in littoꝛe. Opoꝛtet autē vt diſtinguas inter exemplum negatiue particularis in hypotheticis coniunctis ꝛ diſiunctis. Item pꝛopoſitio ſm intentionem compoſitionis ſiue habitudinis p̄dicati ad ſubiectum diuiditur in poſſibile vt homo eſt ſcriptoꝛ: ꝛ in impoſibile vt homo eſt lapis. Habitudo enim ſcribendi ad hominem eſt habitudo poſſibilitatis: nec attendēda eſt diuerſitas negationis ꝛ affirmationis in dictione: quoniam quod negatur pꝛedicatur negatiue ſicut quod affirmatur predicatur affirmatiue. Habitudo vero lapidis ad hominēꝫ eſt habitudo īpoſſibilitatis: ſed habitudo animalitatis ad hominem eſt habitudo neceſſitatis: Poſſibile autem duobus modis intelligitur. Intelligitur aūt poſſibile quod nō eſt impoſſibile: ſub quo cōpꝛehenditur etiam neceſſarium: ꝛ ſm

Poſſibile dupl'r accipitur

hoc res diuiditur in duo in poſſibile ſcilicet ꝛ in īpoſſibile. Intelligitur etiā poſſibile id ꝙ poteſt eſſe ꝛ nō eſſe: ꝛ hic eſt eius vſus pꝛopꝛius: ſm hanc igitur conſiderationem: erunt tria genera rerum ſcilicet neceſſarium: poſſibile: ꝛ impoſſibile. Non continetur autem neceſſarium ſub poſſibili ſm hanc intentionem ſed ſm pꝛimam: Poſſibile enim ſm intentionem pꝛimam non debet eſſe poſſibile non eſſe: ſed impoſſibile ſicut neceſſarium ꝙ eſt non impoſſibile. Impoſſibile vero ſm illam intentionem intelligo tantum ꝙ non poſſibile. Item omnis pꝛopoſitio videtur habere contradictoꝛiam diuerſam a ſe in affirmatione ꝛ negatione: ſed ſi diuerſa eſt ab ea veritate vel falſitate re vera dicitur contradictoꝛia: ꝛ dicitur vna eſſe cōtradictoꝛia alteri ꝛ econtra: ex quo intelligitur vna eſſe vera ꝛ altera falſa: vera autem contradictio eſſe non poteſt niſi adſint iſta ſex: Quoꝛum pꝛimum eſt vt ſubiectum vtriuſqꝫ ſit vnuꝫ ſicut voce ſic ꝛ ſignificatione: alioquin non erit vera contradictio ſicut in his Aries decollatur ꝛ Aries non decollatur cū per vnum eoꝛum intelligitur ſignificatum arietis: ꝛ tunc non cōtradicent ſibi: Secundū eſt vt p̄dicatū vtriuſqꝫ ſit vnuꝫ ꝛ idem alioquin non contradiceret ſibi vt hic coactus eſt volens cum ſit potēs reſiſtere: ꝛ coactus non eſt volens: ſed permutatur ſuo arbitrio. Et quia volēs eſt hic nomen commune in pꝛedicamēto qualitatis iccirco pꝛohibetur contradictio hic ſicut in pꝛioꝛe nomen arietis in ſubiecto. Tertium eſt vero vbi nō differat in parte ꝛ toto: ſicut cum dicis oculus petri eſt niger intelliges de pupilla non ↄtradices dicenti oculus petri non eſt niger cum ipſe intelligat nigredinē totaliter remotā ab oculo. Quartū ē vbi nō differūt potētia ꝛ effectu: cū n.

Ad verам contradictionem ſex requiruntur.

dicis vinum in lagena eſt inebrians: ⁊ intelligis ꝙ eſt inebrians in potentia non ꝯtradices dicenti vinū in lagena nō eſt inebriās ſi intelligat inebriationē remoueri in effectu. Quintū eſt vbi nō ſint diuerſe relationes: cū enī dicitˀ decē ſunt dimidium compoſitione ſcꝫ. xx. non contradices dicenti decem non ſunt dimidium compoſitione alterius numeri: ſimiliter petrus eſt pater ⁊ petrus non eſt pater vtraqꝫ iſtarū vera eſt diuerſis relationibus et oīno oportet vt vnaqueqꝫ duaꝝ ꝯtradictoriaꝝ in nullo ſit diuerſa ab alia de eodem ſubiecto ſm eundem moduꝫ aliquo modo niſi in negando et affirmando ſcꝫ vbi vna earum neget illud idem qđ affirmat alia de eodē ſubiecto ſm eundem modū in differentijs. Si vō ſubiectū fuerit vniuerſale nō ſingulare aderit tunc ſexta ꝯditio vt diſcernat quātitate ſcꝫ vt vna ſit vniuerſalis ⁊ altera particularis: ſi enī ambe fuerint particulares ambe poſſunt eſſe vere in materia poſſibili: vt quidam homo eſt ſcriptor: ⁊ quidā homo non eſt ſcriptor Si vō ambe fuerint vniuerſales ambe poſſunt eſſe falſe in materia poſſibili: vt hic oīs homo eſt ſcriptor: nullus homo eſt ſcriptor.

**De conuerſione propoſitionum**

Omnis propoſitio eſt ꝯuertibilis ſm qđ videtˀ: ſed ꝯuerſio diuiditˀ in comitantem ſue veritatis: ⁊ in nō comitantē. Conuerſio autē intelligitur hic vbi ſubiectum fiat predicatū ⁊ ſi remanſerit eadem veritas dicetur tunc propoſitio ꝯuerti: ſi vō non comitatur eadem veritas dicetur propoſitio non conuerti Diximus autem ꝙ propoſitiones finite ſunt quatuor vere: ſcꝫ vniuerſalis que ꝯuertitur in ſimilē ſibi vere vniuerſalē. Cuꝫ enim vera fuerit hec nullus homo eſt lapis vera erit ſimiliter nullus lapis eſt homo. Nā ſi hec non fuerit vera erit tunc vera ꝯtradictoria eius: quidā lapis eſt homo: ⁊ tunc aliquid erit ſimul homo ⁊ lapis: ⁊ hec eſt falſa nullus homo eſt lapis: Hanc autem poſuimus eſſe veram: ergo datur intelligi ꝙ negatiua vniuerſalis conuertitur in negatiuam vniuerſalem: negatiua autem particularis non conuertitur: ſi enim vera fuerit quidam homo non eſt ſcriptor: non ſequitˀ quidam ſcriptor nō eſt homo. Affirmatiua vniuerſalis conuertitur in alteram particularē non vniuerſalem. Cum enī vera ſit omnis homo eſt animal: ſequitur ſine dubio eſſe vera quoddam animal eſt homo: ⁊ non erit vera omne animal eſt homo: affirmatiua autem particularis conuertitur in ſimilem ſibi cum vera fuerit ꝙ quoddam animal eſt homo: ſine dubio erit vera quidam homo eſt animal. Hec eſt conſideratio circa diuiſionem propoſitionum.

## De ſyllogiſmo. Capitulū quartum.

Materia quarta eſt de coniunctione propoſitionum ad faciendaꝫ argumentationem: et hec eſt noſtra intentio. Initium autem cognitionis finis eſt operis: Conſideratio vō ⁊ hec eſt circa duo quorum vnum eſt forma ⁊ alterum eſt materia. Primū quidem eſt forma argumentationis: ſupra diximus autem ꝙ ſcientia aut eſt imaginatiōis aut credulitatis: ⁊ ꝙ imaginatione non cōprehenditur niſi in diffinitione. Credulitas vō non niſi argumentatione. Argumentatio eſt vel ſyllogiſmus vel exemplum vel inductio. Conſideratio vō preſentis ⁊ ex abſenti vocatur exemplum ⁊ continetur ſub exemplo: Quod auteꝫ ex his opus eſt ſyllogiſmus eſt ex omnibus: Ex omnibus auteꝫ ſyllogiſmus ſyllogiſmus demonſtratiuus. Neceſſe eſt autem apponere diffinitionē ſyllogiſmi vniuerſaliter deinde diuidere illum in demonſtratiuꝫ et alios. Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdā poſitis ⁊ conceſſis alia per ea que ꝯceſſa ſunt neceſſe

Initiū cognitiōis finis eſt operis

Spēs argumētationis

Diffinitur ſyllogiſm⁹

eſt inuenire. Uerbi grã. Mũdus eſt for/
matus: ſed oẽ formatum cepit: hic ſunt
due orationes ordinate ex quibus ↄceſſis
neceſſario ſequit̃ alia oratio que eſt mũ
dus cepit. Simil'r ſi dixeris ſi mũdus eſt
formatus: ergo mũdus cepit: ſed mũdus
eſt formatus: ergo mũdus cepit. Sequi/
tur ex his ↄceſſis ſil'r ſi dixeris aut mun/
dus cepit aut eſt eternus: ſed nõ eſt eter/

Syllogiſ/ mi diuiſio

nus: ſequit̃ ergo ꝙ cepit. Syllogiſmus
aũt diuidit̃ in cathegoricũ ⁊ hypotheticũ
Cathegoricus eſt cum iungunt̃ due pro
poſitiones cõicantes vno termino eo ꝙ
oĩs propoſitio ↄtinuat̃ predicato ⁊ ſubie
cto: ⁊ due ꝓpoſitiões ↄtinuant̃ quatuor
rebus. Si aũt non participauerit aliquo
terminoꝝ nõ proueniet ex his aliqua cõ
uenientia nec aliqua ↄcluſio: ſicut ex his
mundus eſt formatus: ⁊ aĩa eſt ſubſtan/
tia: Neceſſe eſt aũt vt propoſitio ſecũda
ſit cõicans prime in aliquo terminorum
ſuoꝝ: ſicut hic mũdus eſt formatus: ſed
oẽ formatũ cepit: ergo ex ↄiunctiõe par/
tium vtriuſq̃ ꝓpoſitionis prouenient
tres partes que vocant̃ termini ſup qui
bus tribus terminis ↄſiſtit tota conſtru/
ctio ſyllogiſmi: vt in predicto exemplo:
mũdus formatus cepit: Terminus autẽ
qui in vtraq̃ reperit̃ ⁊ ab vtroq̃ partici
pat̃ vocat̃ medius terminus: qui vͦ fit
ſubiectus in ↄcluſione ſequenti ſcꝫ id de
quo agitur vocat̃ minor terminus ſicut
mundus: qui vͦ predicatus fit ꝙ ſcꝫ qđ
indicaſti in ↄcluſione vocatur maior ter
minus vt cepit in vera ↄcluſione que eſt
mũdus cepit: Et hec eſt ↄcluſio ſequens

Maior et minor pro poſitio q̃ ſit

in ſyllogiſmo. Enũciatio aũt cum fuerit
pars ſyllogiſmi vocat̃ ꝓpoſitio: ſed enũ
ciatio in qua eſt minor terminus vocat̃
propoſitio minor: ⁊ enũciatio in qua fue
rit terminus maior vocat̃ maior propo/
ſitio. Non aũt eſt nomen impoſitũ dua/
bus ꝓpoſitionibus a medio termino eo
ꝙ in vtraq̃ inuenit̃: minor vͦ terminus

Quid ſit cõcluſio

eſt in vna tm̃: ⁊ maior ſil'r. Qđ aũt ſequi
tur in ſyllogiſmo poſtq̃ elatũ eſt vocat̃
concluſio: ſed prius appellatur queſtio.
Diſpoſitio vͦ duaꝝ propoſitionũ vocat̃
complexio. Qualitas duaꝝ propoſitionũ
ad mediũ vocat̃ figura. Ex hac ergo pro
poſitionũ diſpoſitione fiunt tres figure:

Tres figure ſyllogiſmi

Aut enim medius terminus predicatur
in vna et ſubiicitur in alia: et hec dicitur
figura prima: aut in vtraq̃ cathegorat̃:
⁊ hec vocat̃ ſecunda: aut in vtraq̃ ſubii/
citur: ⁊ hec eſt tertia. Judiciũ aũt antece/
dentis ⁊ ↄſequentis in hypotheticis cõ/
iunctis ſimile eſt iudicio ſubiecti ⁊ predi
cati ſm̃ ordinationẽ eoꝝ in his tribus fi/

Conueniunt figure ſyllo/ giſmi

guris. Conueniũt etiã in hoc tres figure
ꝙ in nulla eaꝝ ↄcludit̃ aliquid ex duab⁹
negatiuis: nec ex duabus particularibus
nec ex minore negatiua et maiore parti/
culari. Unaqueq̃ vͦ figuraꝝ habet pro/

Differunt figure ſyllo/ giſmi

prietatẽ ſuam: Figura aũt prima differt
ab vnaquaq̃ aliaruꝫ in duobus: vno ꝙ
non eget reſolui in aliquã aliaꝝ ſicut alie
in eam vt appareat neceſſitas ↄcluſionis
vnde vocata eſt prima. Alio q2 ↄcludit
quatuor finitas: ſcꝫ affirmatiuã vniuer/
ſalẽ ⁊ particularẽ: negatiuã vniuerſalem
⁊ particularẽ. Figura vͦ ſecunda nullo
modo ↄcludit affirmatiuã. Tertia figu/

De prima figura ſyllo/ giſmi

ra nullo modo ↄcludit vniuerſalẽ. Con
cluſio nõ fit in prima figura niſi duobus
modis: Uno vt minor ſit affirmatiua:
alio vt maior ſit vniuerſalis. Si enĩ hec
duo fuerint fortaſſe erunt vere propoſi/
tiones: ſed aliqñ ↄcluſio nõ ſequet̃ illis
exiſtentibus veris. Certitudo aũt huius
figure hec eſt vt cum propoſueris ꝓpo/
ſitionẽ affirmatiuã verã: tunc quicquid
dicit̃ de oĩ ſuo predicato id idem dicitur
de ſuo ſubiecto: nec poteſt eſſe aliter ſiue
dicat̃ affirmando ſiue negando: ⁊ ſiue ſit
ſubiectũ vniuerſale ſiue particulare: Ex
quo proueniũt quatuor modi ↄcludẽtes
⁊ ↄſecutio huius ↄcluſiõis manifeſta eſt

Cum enĩ vera fuerit homo eſt aĩal tunc
quicq̃d verũ fuerit de aĩali qδ eſt predi-
catũ affirmando vel negando neceſſe eſt
verũ eſſe de hoĩe: Homo enĩ ſine dubio
ↄuenit ſub aĩali. Uere aũt dr̃ de oĩ aĩali
ſenſibile ⁊ non lapis:ergo verum erit de
qualibet partiũ eius ſine dubio. Et hec
eſt certitudo prime figure. Diſtinctio aũt
quatuor modoꝝ hec eſt. Primus eſt ex
duabus vniuerſalibus affirmatiuis ↄclu
dentibus vniuerſalẽ affirmatiuã: Uerbi
grã. Oẽ corpus eſt compoſitũ:ſed oẽ cõ-
poſitum cepit: ergo omne corpus cepit.
Secundus modus ex duabus vniuerſa-
libus:ſed maiore negatiua minore affir-
matiua ↄcludentibus vniuerſalẽ negati
uã:Et hic modus idẽ q̃ prius niſi in hoc
ꝙ mutaſti cepit pro non eterno vt fieret
negatoria hoc modo:oẽ corpus eſt com
poſitũ:ſed nullũ compoſitũ eſt eternũ:er
go ſequit̃ ꝙ nullũ corpus eſt eternum.
Tertius modus ſil'r idez qui primus niſi
in hoc ꝙ ſubiectũ prime ꝓpoſitionis po
nit̃ particulare:ſed hoc non facit diuerſi
tatem iudicij: oẽ enĩ particulare vniuer-
ſale eſt reſpectu ſui ipſius: Quicq̃d ergo
verum fuerit de oĩ predicato particulari
verũ eſt de particulare. Uerbi grã. Aliq̃
res eſt cõpoſita:ſed oẽ cõpoſitũ cepit:ſe-
quit̃ ergo ꝙ aliqua res cepit. Hic mod⁹
ↄſtat ex duab⁹ affirmatiuis: maior eius
eſt vniuerſalis affirmatiua:minor parti-
cularis:et ↄcluſio particularis affirmati-
ua. Quartus modus idem eſt ꝙ tertius:
excepto hoc ꝙ maior eſt negatiua: ⁊ mo
dus affirmãdi cõmutat̃ in negatiuã hoc
modo Aliqua res eſt compoſita:ſed nul
lum cõpoſitũ eſt eternũ:ergo nõ quicq̃d
eſt eternũ eſt:ↄſtat ergo hic mod⁹ ex mi
nore affirmatiua particulari: et maiore
negatiua vniuerſali: ⁊ ↄcluſione negati-
Duodecim cõmixtiones ſyllogiſmi — ua particulari. Poſt hos q̃tuor ſequun-
tur duodecim cõmixtiones:que non cõ-
cludunt eo ꝙ in vnaquaq; figura poſ-
ſunt fieri. xvj. ↄnexiones: minor enĩ põt
eſſe affirmatiua vniuerſalis vel particu-
laris:vel negatiua vniuerſalis:vel parti-
cularis: ⁊ ſic fiũt quatuor:quaꝝ vnicuiq;
etiaȝ poſſunt adiungi quatuor maiores:
ex igit̃ quatuor in q̃tuor fiunt ſexdecim.
Cum aũt poſuerimus vt minor ſit nega
tiua vniuerſalis vel particularis: maior
aũt ſiue ſit affirmatiua ſiue negatiua nõ
ↄcluditur aliquid: ⁊ per hoc excludũtur
viij. cõnexiones: ⁊ quicquid cõcluſionis
ſequit̃ ex eis: ergo expoſita minore ne-
gatiua excludent̃ octo : et remanebunt
due affirmatiue. Affirmatiue ṽo vniuer
ſali minori poſſunt adiũgi quatuor ma-
iores: due illarum non ↄcludunt ſine du
bio vnde excludunt̃ per hoc: due etiam
eo ꝙ in hac figura poſuimus vt maior
ſit vniuerſalis. Remanent ergo in hac fi
gura ſex. Affirmatiue ṽo particulari mi-
nori nunq̃ adiungit̃ particularis maior
nec affirmatiua nec negatiua:eo ꝙ ſyllo
giſmus nõ ſit ex duabus particularibus
Excluduntur ergo de ſex remanentibus
alie due: ⁊ ſic remanent quatuor tm̃. Ut
aũt hoc totum melius poſſit intelligi in
figura volum⁹ deſcribi illud hoc modo
Minor affirmatiua vniuerſalis. Omne
a. eſt. b: ſed omne. b. eſt. c: ⁊ hec eſt maior
vniuerſalis affirmatiua. Itẽ oẽ. a. eſt. b:
ſed nullũ. b. eſt. c: hec eſt maior vniuerſa
lis negatiua. Item oẽ. a. eſt. b: ſed qδdã
b. eſt. c ſterilis eſt: ſed quoddã. b. non eſt
c: hec ſterilis eſt: eo ꝙ maior eſt particu-
laris. Item particulari affirmatiue ↄiun
gunt̃ quatuor: vt quoddã. a. eſt. b: ⁊ nul
lum. b. eſt. c. Item quoddam. a. eſt. b: et
quoddã. b. eſt. c. Item quoddã. a. eſt. b:
quoddã. b. nõ eſt. c. he due ſteriles ſunt:
eo ꝙ maior in eis eſt particularis ex qui
bus ↄiunctiones fiunt eedem de quibus
reicies quatuor que non ↄcludunt: rema
nent quatuor que ↄcludunt: eo ꝙ maio
res eaꝝ particulares ſunt. Sicut enĩ po-

ſtuimus neceſſe eſt vt maior eſſet vniuer
ſalis ad hoc vt predicatū trāſiret ad ſub
iectū. Remanent alie due minores nega
tiue vniuerſalis ⁊ particularis: quarum
in vtraqꝫ adiungunt᷑ quatuor maiores
⁊ q̄tuor finite: ⁊ oēs ſunt nō ꝯcludentes
ecōtrario minoris affirmatiue. Jam enī
poſuimus vt minor eſſet affirmatiua: eo
ꝙ quicquid affirmatur de predicato mi
noris propoſitionis affirmatur de ſubie
cto: ſed predicatū remotū eſt a ſubiecto:
⁊ ideo nō quicquid affirmatur affirmat᷑
de ſubiecto: cum enī dixeris homo non
eſt lapis: ⁊ dixeris aliquid de lapide po-
nendo vel remouendo non poteris ideꝫ
dicere de hoīe: iam enim remouiſti lapi-
dem ab homine negando: Hec ergo eſt
cauſa harum conditionū: ⁊ ꝓprietas cō-
cludentiū qui ſunt quatuor ex ſexdecim
modis. Figura ſecūda eſt cum medius
terminus predicatus in vtraqꝫ propoſi- De ſecūda figura ſyl-logiſmi
tione cuius hec eſt proprietas ꝙ oīs pro
poſitio de cuius oī predicato poteſt ali-
quid dici qḋ in ſuo ſubiecto non poteſt
inueniri non eſt ꝯcluſio affirmatiua ſed
negatiua. Si enim eſſet affirmatiua tunc
quicquid diceret᷑ de oī ſuo predicato di
ceret᷑ de ſubiecto ſicut predictū eſt in pri
ma figura. Cum enim dixeris ꝙ quicq̄d
dicit᷑ de oi predicato propoſitionis affir
matiue dicit᷑ de ſubiecto: ⁊ deinde inue-
neris aliquid dici de predicato qḋ non
dicit᷑ de ſubiecto ſciatur per hoc ꝙ ꝯclu
ſio eſt negatiua: ſi enim affirmatiua eſſet
tunc quicquid dicit᷑ de predicato dicit᷑ ⁊
de ſubiecto. In hac auteꝫ figura non ſit
ꝯcluſio niſi due propoſitiones ſemꝑ dif-
ferant qualitate ſcꝫ vna ſit affirmatiua ⁊
alia negatiua: et vt maior ſit vniuerſalis
ſemper Et oēs ꝯcludentes de ſexdecim
modis ſi iſte due conditiones neceſſario
redigant᷑ in quatuor modis ſicut predi-
ctum eſt in prima figura: quoꝝ primus
eſt ex minore affirmatiua vniuerſali: et
maiore negatiua vniuerſali: vt oē cor-
pus eſt diuiſibile: ſed nulla anima eſt di
uiſibilis: ergo nullum corpus eſt anima.
Ueritas huius ꝯcluſionis patet etiam ſi
reſoluat᷑ in primā figuram per ꝯuerſio-
nem maioris qm̄ ipſa eſt negatiua vni-
uerſalis: ⁊ ꝯuertit᷑ in ſimilē ſibi vt nullū
diuiſibile eſt animal: diuiſibile ergo ſiet
ſubiectū maioris propoſitionis qḋ erit
predicatū minoris propoſitionis: ⁊ ſic re
ſoluitur in tertium modū prime figure.
Secundus modus ꝯſtat ex duabus vni-
uerſalibus ſcꝫ maiore affirmatiua: ⁊ mi-
nore negatiua: vt nullum eternū eſt cō-
poſitum: ſed omne corpus eſt compoſi-
tum: ſequit᷑ ꝙ nullum eternū ſit corpus
eo ꝙ ſi ꝯuerteris minorē dicens: nullum
compoſitum eſt etenum: ſed oē corpus
eſt compoſitum: ſequit᷑ ꝙ nullū corpus
eſt eternū: ſicut in ſecundo modo prime
figure aſſeruiſti: deinde conuertes tertio
hanc ꝯcluſionē que eſt negatiua vniuer-
ſalis perueniet hoc qḋ diximus ꝙ nullū
eternū eſt corpus. Tertius modus ꝯſtat
ex particulari affirmatiua minori: vni-
uerſali affirmatiua maiori: que ſimilis ē
primo modo huius figure: excepto hoc
ꝙ hic ponit᷑ minor affirmatiua particu-
laris: vt aliquid eſt qḋ eſt diuiſibile: nul
la aīa eſt diuiſibilis: ergo aliquid qḋ nō
eſt aīa eſt diuiſibile: cum enim ꝯuerteris
maiorē ſiet prima figura. Quartus mo-
dus eſt ex particulari negatiua minori: ⁊
vniuerſali affirmatiua maiori: vt nō oīs
res eſt cōpoſita: ſed omne corpus eſt cō
poſitum: ergo non omnis res eſt corpus
Hec autē non poteſt reſolui in primā fi-
guram per ꝯuerſionē qm̄ negatiua que
particularis eſt hic ⁊ non poteſt cōuerti:
nec maior eius affirmatiua vniuerſalis
ꝯuertit᷑ niſi in particularem: nec ſit ſyllo Syllogiſmꝰ nō ſit ex duabus particularibus
giſmus ex duabus propoſitionibus par
ticularibus. Hoc nō poteſt fieri niſi duo-
bus modis: ſcꝫ poſitione: et indirecta ra-

tiocinatione. Poſitio eſt in ſe cum dicis
aliqua res eſt non compoſita. Hec autē
aliqua res eſt quoddā totum: etiam po-
namus igitur illud eſſe quoddā totum:
⁊ appellat᷑ quodlibet fiet ergo quaſi ſe-
cundus modus huius figure. Indirecta
v̄o ratiocinatione vt ſi dicis ſi vera non
fuerit noſtra ꝯcluſio: que eſt non oīs res
eſt coꝛpus erit vera ſua ꝯtradictoꝛia que
eſt: oīs res eſt coꝛpus: ſed omne coꝛpus
eſt compoſitū: ergo oīs res eſt cōpoſita:
qd̄ eſt impoſſibile: qꝛ non oīs res eſt cō-
poſita eſt vera: ſequit᷑ ergo ꝙ oīs res eſt
compoſita. Jam autē poſuimus veram
minoꝛem ꝓpoſitionē que eſt non oīs
res eſt compoſita. Erunt ergo ſimul vere
due ꝯtradictoꝛie qd̄ inconueniens eſt: er-
go id qd̄ ducit ad hoc inconueniens eſt:
ſed non venimus ad hoc inconueniens
niſi ponendo ſcientiā illius veram. Fi-

De tertia figura ſyllogiſmi

gura tertia eſt in qua medius terminus
in vtraqꝫ ſubijcit᷑: cuius ꝓpꝛietas eſt vt
in oī ꝓpoſitione affirmatiua quicquid
dicit᷑ de eius ſubiecto dicit᷑ etiaʒ de alio
eius pꝛedicato vel affirmādo vel negan-
do: ſiue ꝓpoſitio affirmatiua ſit vniuer-
ſalis ſiue particularis: et hoc manifeſtuʒ
eſt in qua duo ſunt neceſſaria: vnum vt
minoꝛ ſit affirmatiua: aliud vt vna dua-
rum quelibet ſit vniuerſalis. Concluſio
autem in hac figura fit ſex modis. Pri-
mus modus ꝯſtat ex duabus vniuerſa-
libus affirmatiuis: vt oīs homo eſt aīal:
⁊ oīs homo eſt rationalis: ergo quoddā
animal eſt rationale: qm̄ minoꝛ ꝯuertit᷑
in particularē: vt ſi dicam quoddā aīal
eſt homo: ⁊ oīs homo eſt rationalis: er-
go quoddā animal eſt rationale. qui mo-
dus eſt tertius pꝛime figure per ꝯuerſio-
nem minoꝛis. Secundus modus cōſtat
ex duabus vniuerſalibus: ſed maioꝛe ea-
rum negatiua ⁊ minoꝛe vniuerſali affir-
matiua: vt oīs hō eſt aīal: ⁊ nullus hō eſt
equus: cum enī ꝯuerteris minoꝛem fiet
particularis affirmatiua. Redit ergo q̄r-
tus modus pꝛime figure. Tertius mod⁹
ꝯſtat ex duabus affirmatiuis: ſed maio-
re eaꝝ particulari: vt quidā hō eſt albus
et oīs hō eſt aīal: ergo quoddā albū eſt
aīal. hic ꝯuertit᷑ maioꝛ in particularē af-
firmatiuā: ⁊ fiet tranſpoſitio minoꝛis in
maioꝛē: ⁊ fit tertius modus p̄me figure
Quartus modus ꝯſtat ex duabus affir-
matiuis: ſʒ maioꝛe eaꝝ vniuerſali: vt oīs
hō eſt aīal: quidam hō eſt ſcriptoꝛ: ergo
quoddā aīal eſt ſcriptoꝛ: cum enī ꝯuerte-
ris maioꝛē in particularē fiet tanqꝫ ſi di-
ceres quidā ſcriptoꝛ eſt hō: et oīs hō eſt
aīal: ergo quidā ſcriptoꝛ eſt aīal: ꝯuertit᷑
enī ꝯcluſio ⁊ fit quoddā aīal eſt ſcriptoꝛ
Quintus modus ꝯſtat ex vniuerſali af-
firmatiua minoꝛe et particulari maioꝛe
negatiua: vt oīs hō eſt rationalis: nō oīs
homo eſt ſcriptoꝛ: ſequit᷑ ergo nō oē ra-
tionale eſt ſcriptoꝛ: hec manifeſtat᷑ per
poſitionē. Sextus modus ꝯſtat ex mino-
re affirmatiua particulari ⁊ maioꝛe nega-
tiua vniuerſali: vt quoddā aīal eſt albū:
⁊ nullū aīal eſt nix: ergo quidā albū non
eſt nix: manifeſtat᷑ hoc per ꝯuerſionē mi-
noꝛis: ⁊ fit quartus modus pꝛime figure
Hec eſt diſtinctio ſyllogiſmoꝝ cathego-
ricoꝝ. At modo de ſyllogiſmis hypothe-
ticis quoꝝ due ſunt ſpecies: Hypotheti-
cus ꝯiunctus: ⁊ diſiunctus hypotheticus
Hypothetici v̄o ꝯiuncti hoc eſt exemplū
ſi mūdus eſt factus factoꝛē habet: hec eſt
ꝓpoſitio cuius ſi poſueris antecedens
ſequit᷑ ꝯſequens hoc modo: ſed mūdus
eſt factus: ſequit᷑ ergo ꝙ mūdus factoꝛē
habet: ſi v̄o poſueris negatiuā ꝯſequētis
ſequit᷑ negatoꝛia antecedētis hoc modo
ſed mūdus factoꝛē non habet: ſequit᷑ g̊
ꝙ mūdus non eſt factus: ſed ſi poſueris
negatiuā antecedentis nō ſequit᷑ ipſum
ꝯſequēs: nec negatiua eius: ſi enī dixeris
mūdus nō eſt factus ex hoc nō ꝯcludes
aliquid ſicut hic eſt: ſi hō eſt aīal eſt: ſed

non eſt homo:non ſequit᷑ ꝙ non ſit animal:ſimiliter ſi poſueris conſequẽs nõ ſequitur aliquid:ſi enim dixeris mũdus habet factorẽ nulla ſequitur ↄcluſio:vt ſi eſt homo eſt animal:ſꝫ eſt animal nõ ſequit᷑ ꝙ ſit homo vel non homo. Nec igitur quatuoꝛ hypothetice ſunt ex quibus non prouenit cõcluſio niſi ex duabus ſcilicet vel ad poſitionem antecedẽtis infertur conſequens vel ad deſtructionem conſequentis deſtruitur antecedens. Ad poſitionẽ vero conſequentis vel ad deſtructionẽ antecedẽtis non fit ↄcluſio niſi in paribus tantũ in quibꝰ conſequens non eſt cõius antecedente: ⁊ tunc poſſunt concludi quatuoꝛ hypothetice vt ſi hoc eſt coꝛpus hoc eſt cõpoſitum: ſed eſt coꝛpus ergo eſt cõpoſitũ: vel eſt compoſitum ergo eſt coꝛpus: vl' non eſt coꝛpus ergo non eſt compoſitũ: vl' non eſt compoſitum ergo nõ eſt coꝛpus. Si vero conſequens fuerit cõius antecedente vt animal ad comparationem hominis tunc ad remotionẽ cõioris remouetur minus cõmune: vt ad remotionem animalis remouetur homo: ſed ad remotionem minus cõmunis nõ remouetur magis cõmune ſicut ad remotionem hominis non remouet᷑ animal: Sed ad poſitionem minus cõmunis ponitur magis cõmune ſicut ad poſitionem hominis ponitur animal ⁊ nõ econtrario. Species ſecunda eſt de Hypothetica diſiuncta: vt hic aut mundus cepit: aut mundus eſt eternus: hic cõcludũtur quatuoꝛ hypothetice hoc modo: ſed mundus cepit: ergo mundus nõ eſt eternus: vel non cepit: ergo eſt eternus: vel eſt eternus: ergo nõ cepit: vel nõ eſt eternus: ergo cepit. Qm̃ ad poſitionẽ cuiuſlibet eoꝝ remouet᷑ alterũ: ⁊ ad remotionẽ cuiuſlibꝫ eoꝝ ponit᷑ alteꝝ. hoc aũt nõ fit niſi in ↄ̃riis ĩmediatis: ſꝫ in mediatis ſi fuerint tria ad poſitionẽ vniꝰ eoꝝ remouent᷑ reliq̃ duo vt hic nũerus aut eſt maioꝛ aut eſt minoꝛ aut eq̃lis illi: ſꝫ eſt maioꝛ: ergo remouet᷑ ꝙ nõ eſt mioꝛ nec eq̃lis: ad remotionẽ vero cuiuſlibet eoꝝ ponit᷑ alterum eoꝝ alioꝝ duoꝝ ſed neſcit᷑ qđ vt ſi dicas ꝙ nõ eſt eq̃lis ergo ſequitur ꝙ eſt maioꝛ: aut minoꝛ: ſi vero enunciatio fuerit pluriũ ptiũ vt nũerus hic vel eſt iiij. vel. xx. vel talis vel talis: ſed ad poſitionẽ vniꝰ eoꝝ remouent᷑ ceteri. Ad remotionẽ vͦ vnius eoꝝ non cõcludit᷑ vnũ alioꝝ determiate. Hec ſũt pꝛincipia ſyllogiſmoꝝ.

De ratiocinatione.

Sed ad cõplendũ hũc tractatũ adijcimus ẽt q̃tuoꝛ que ſunt rõcinatio ĩdirecta: ⁊ ĩductio: ⁊ exemplũ. Rõcinatio cõpoſita rõcinatiõis indirecte foꝛma eſt pꝛobare ꝓpoſitionẽ deſtruendo ↄ̃riũ dicendo illũ ad inconueniẽs ſcꝫ adiungere illi aliã ꝓpoſitionẽ manifeſte verã: ⁊ ↄcludere ex eis manifeſte falſũ dicẽs cõcluſio falſa nõ ꝓuenit niſi ex ſyllogiſmo cuius ꝓpoſitioni ineſt falſitas: Pꝛopoſitio vero quã nos adiungimus eſt manifeſte vera: conſtat ergo falſã eſſe ꝓpoſitionẽ quã aduerſarius tenet. verbi gr̃a. Dicet aduerſarius omnis aĩa eſt coꝛpus: tu ergo dices: oĩs aĩa eſt coꝛpus: ſꝫ omne coꝛpus eſt diuiſibile ergo oĩs aĩa eſt diuiſibilis: ⁊ hoc eſt manifeſte falſũ de aĩa hoĩs: neceſſe eſt ergo in ꝓpoſitiõibꝰ ex quibꝰ cõcluditur eſſe falſitatẽ: hoc aũt ꝙ oẽ coꝛpꝰ eſt diuiſibile eſt manifeſte vera: ergo remanet falſa dictio aduerſarij que eſt oĩs anima eſt coꝛpꝰ: hac g̊ deſtructa ↄſtat ꝙ aĩa nõ eſt coꝛpꝰ.

De iductiõe

Inductio eſt oꝛõ ĩ qua ex multis ꝑticularibus infert vl'e illoꝝ ſicut hic omne aĩal dũ maſticat mouet mentum inferius: ⁊ hoc vidimus in equo ⁊ hoĩe ⁊ aſino ⁊ in ceteris aĩalibꝰ. Similiter ꝙ q̃dẽ veꝝ eſſet ſi hoc poſſet vere ĩduci de oĩbus animalibꝰ ita vt in nullo fallat: ⁊ tunc poſſet fieri ſyllogiſmus ſm̃ pꝛimã figuram hoc mõ: omne aĩal eſt equus ⁊

hõ ⁊c̃.⁊ vnũ qδqꝫ illoꝝ mouet īferius
mētũ dũ maſticat: ſeqᷓ̃ g̃ ꝙ oẽ aı̄al mo-
uet mētũ īferiꝰ dũ maſticat. Sed poſtqꝫ
in alio eoꝝ paterit falli tũc neceſſario ve
rũ nõ eſt ſicut de qδdã aı̄ali ꝙ dr̃ tenſat
verũ eſt ꝙ nõ mouet mētũ inferius duꝫ
comedit: ſed ſupius: Nec mirũ ſi qδ ve
rũ eſt de mille fallat ī aliquo. Inductio
aũt nõ valet niſi ī auctoritatibꝰ logicis
nõ neceſſariis: in qbꝰ quo magis fuerit
inductio diligētiꝰ cõpoſita ⁊ plenioꝝ fa-
De exẽplo ciet maioꝛẽ fidẽ: Eexẽplũ eſt illud ꝙ do
ctoꝛes legis argumẽtationẽ vocãt. ſ. iu-
diciũ de vno ſingulari ī aliδ ꝑꝑ aliquaꝫ
ſimilitudinẽ: ſicut cũ qs cõſiderans do-
mũ videt ꝙ cepit ⁊ qꝛ foꝛmata eſt: dein
de cõſiderans celũ videt ꝙ foꝛmatum
eſt trãſfert iudicium ad illud: ⁊ dicat oẽ
coꝛpus ꝙ eſt foꝛmatũ cepit ītelligens ꝙ
celũ ẽt cepit ꝑꝑ cõſiderationẽ domus: hꝰ
aũt nõ valet ad acquirẽdã veritatẽ: ſed
ad ꝑſuadẽdũ aı̄e in alterationibꝰ hoı̄uꝫ:
que ſepe īducunᷓ̃ in cathegoꝛicã de im-
partitionibꝰ oı̄uꝫ: ⁊ de accuſatoꝛibus ⁊
de īpulſionibꝰ de laude ⁊ vituperatione:
de exaggeratiõe ⁊ attenuatione ⁊ cete-
ris huiuſmodi: cũ. n. dixeris īfirmo bibe
hãc medicinã ⁊ ꝓderit tibi: ipſe aũt di-
xerit quare: ⁊ rñdes qm̃ aliꝰ īfirmus bi-
bit eã ⁊ pꝛofuit ei: tũc inclinabit animũ
ſuũ ad recipiendũ eã ⁊ nõ requiret pꝛo-
bari pꝛius eã pꝛodeſſe oı̄ īfirmo vel in-
firmitatẽ ſuã infirmãti cõſimili vel di-
ſpoſitiõi illiꝰ eſſe cõſimile in etate: ⁊ foꝛ
titudine ⁊ debilitate: ⁊ in ceteris nõ req-
ret ſcꝫ eſt talis vt eius diſpoſitio vl̃ nõ.
Poſtqꝫ aũt dialetici appꝛehẽderũt debi
litatẽ huiꝰ argumẽtatiõis adinuenerũt
aliã viã dicẽtes nos oñdimꝰ indiciũ hu
iuſmodi firmũ eſſe ſm hãc intẽtionẽ: ⁊
in ſtabiliendo hoc pꝛoceſſerũt duabus
vijs qꝝ vna dicitᷓ̃ ſimile ⁊ cõtrariũ. Di
xerũt enı̄ nos videmus ꝙ oẽ foꝛmatuꝫ
cepit ⁊ omne ꝙ nõ eſt foꝛmatum nõ ce-
pit: ſed hoc ẽt reducitᷓ̃ ad inductionem:
nec īdicat veritatẽ: Et hꝰ duobus modis
vno ꝙ cõpꝛehẽdere ſingularia eſt īpo-
ſibile: ſint. n. aliqd ꝑtermitti. Alio qꝛ ille
vel cõſiderauit celũ vel nõ ſi aũt nõ cõ-
ſiderauit celũ ⁊ tunc nõ appꝛhẽdit ſingu
laria qm̃ ſi multa reꝝ ſimiliũ conſidera-
uerit: ⁊ vnã pꝛetermiſerit pꝛofecto illa
vna falſificabit indiciũ multoꝛum ſicut
ꝑdictũ eſt in animali ꝙ dicitur tenſat: ſi
vero cõſiderauerit celũ ⁊ cognouerit il-
lud cepiſſe eo ꝙ foꝛmatũ eſt tũc ſoluta
eſt ꝯtrouerſia qm̃ manifeſtũ eſt ei ꝙ cer
titudo ꝓpoſitiõis eſt anteqꝫ certitudinẽ
argumentatiõis audiret: Quid g̃ opus
fuit ea argumẽtatiõe ſi ante eã cõſtat ei.
Alia via cõiectatio ⁊ deaueratio dixe-
runt nos cõſiderauimus foꝛmas domꝰ
ſcꝫ qꝛ eſt: ⁊ qꝛ eſt coꝛpꝰ: ⁊ qꝛ exiſtẽs per
ſe: ẽt qꝛ eſt foꝛmata: falſuꝫ eſt aũt illam
cepiſſe ꝓpter hꝰ ꝙ eſt ⁊ ꝙ eſt exiſtens ꝑ
ſe: ⁊ qꝛ eſt hoc ⁊ hoc: tũc enı̄ conſequere
tur ꝙ omne ꝙ eſt ⁊ eſt exiſtẽs per ſe ce-
pit. Conſtat ergo qꝛ nõ cepit niſi qꝛ foꝛ-
matũ eſt. Hoc aũt falſum eſt qtuoꝛ mo-
dis: vno qꝛ põt dici ꝙ cã inceptiõis do-
mus nõ eſt ꝓpter aliqd hoꝝ que ſunt
magis cõia qꝫ domꝰ: ſed ꝑꝑ hoc ꝙ eſt ꝓ
pꝛiũ domus ſcꝫ eſſe domũ: ſed ſi conſti-
terit aliqd aliud ꝑter domuꝫ cepiſſe: tũc
vna ⁊ eadeꝫ cã inceptiõis erit domus ⁊
illiꝰ: ⁊ tũc nõ ſeqᷓ̃ ex hꝰ celũ cepiſſe. Se-
cundo qꝛ hoc nõ põt eſſe veꝝ niſi cõpꝛe
hendanᷓ̃ oẽs ꝓpꝛietates rei ſic vt nulla
relinquaᷓ̃. Cõpꝛehẽdere aũt oẽs diffici
le eſt: nã põt aliquid ꝑmitti ꝙ potius cã
eẽt qꝛ cepit: plures aũt dialectici nõ cu-
rant cõpꝛehẽdere oẽs dicẽtes aduerſa-
rio ſi aliqd ꝑtermittamus dictu ꝙ eſt il-
lud vel ſi aliqd eſſet ꝙ pꝛetermittimus
nos ſciremus illud: ſed quia neſcimus
negamus eſſe: hec autem ratio eſt de-
bilis nã ex hoc ꝙ aduerſarius neſcit in
illa hoꝛa vel in tota vita ſua: ⁊ ſignifica-

tur illud nõ eſſe. Sciẽdũ ſi eſt de elephã te: quẽ nunq̃ pñtez vidimus: ⁊ de multis alijs que q̃dẽ q̃ſiuimus: ad vltimuz: non ĩuenimus. Tertio q̃ q̃uis cõcedat nõ ꝑtermitti ⁊ q̃ ſint tñ cauſe ſunt plures ⁊ ꝓprietates. vbi gr̃a quatuor: tamẽ remotio triũ nõ ponit quartũ: nã diuiſiones ꝓprietatũ ſm variationẽ cõpoſitiõis plures ſũt q̃ q̃tuor. Põt. n. cepiſſe vel ꝑꝑ h̃ q̃ eſt vel q̃ eſt corp⁹: vel exiſtens p ſe: vel formatuz: vel domus: vel q̃ eſt corp⁹ ⁊ domus: vel domus ⁊ formata: vel domus ⁊ exñs p ſe: vel dom⁹ ⁊ ens: vel corp⁹ ⁊ formatuz vel corp⁹ ⁊ exñs p ſe: vel corp⁹ vel non corpus: vel ens vel exñs per ſe: ⁊ eſt ens vl' alio mõ corpis ſm bina vl' terna vl' q̃terna: multa. n. ſũt q̃ nõ ↄſtituũt niſi pri⁹ ĩ eis multa cõueniãt ſic nigredo ĩeſt cauſtro que eget gallis ⁊ atramẽto ⁊ cõmixtiõe aq̃: ⁊ multa ſunt quoꝝ multa ſunt cõpõnis cãe. Quomõ g̊ ſufficiet remotio ſimpliciũ ſola. Quarto q̃ lʒ cõcedat eſſe ſufficiens enumeratio ⁊ ip̃e poſuit tria eẽ deſtructa ⁊ remanſit quarta. Hoc tñ non ſignificat q̃ indiciũ ſit ſufficiẽs in tribus nõ trãſeat q̃rtã: nec ſignificat q̃ oĩno pẽdeat: ⁊ quarta abſolute ſine dubio: vel põt diuidi hec q̃rta in duo quoꝝ vnius veritas eſt ſine alio: ergo remotio triuz nõ poterit quartũ: nec ſignificat illã eſſe cãm: ⁊ hic eſt lapſus pedũ: q̃uis. n. quo enumerat cõem eius ꝓprietatez dicens q̃ eſt: ⁊ q̃ eſt exñs p ſe: ⁊ q̃ eſt corpus ⁊ q̃ eſt formatũ hac forma vel alia: tamẽ remotio triũ nõ affirmaret iudicium pẽdere ex formato ſimpl'r: ſed ex formato hac vel hac forma. Hec igitur eſt falſificatio argumẽtationum dialecticaꝝ nec põt eſſe probatio niſi dixerit eſſe formatio cepit: ⁊ celuz eſt formatũ ergo cepit. Si aũt ↄ̃dicit huic q̃ omne formatum cepit: tunc neceſſario debes ꝓbare: Nõ põt aũt illud ꝓbare per hoc aliq̃d vnuz cepiſſe q̃ tu vides vel mille alia formata cepiſſe: ſʒ fiat hec ꝓpoſitio q̃õ: ⁊ eget probatione duarũ probationum cõceſſarum ſm aliquem duorum modorum predictorum: Et hoc ſequitur iudicium de exemplo. De argumentatione cõpoſita ſcias q̃ in tractatib⁹ ⁊ doctrinis nõ currit vſus ſm diſpoſitionem ſyllogiſmorum ⁊ obſeruãtiã quã ꝑtelauimus: nam inducunt ↄfuſe vel ꝑꝑ additionẽ ſupflui: vel ꝑꝑ diminutionẽ alicui⁹ propoſitionis que manifeſta eſt q̃ñq̃ ſcienter occultanter. Quod autem inducitur confuſe et non ſm ꝑ̃ſcriptũ ordinẽ põt reduci ad ordinẽ: ⁊ fiet ſyllogiſm⁹ ↄcludẽs. Q̃õ vero fuerit ſm ordinem ꝑ̃ſcriptum in apparentia: ſʒ nõ hñt oĩa q̃ ſibi conueniũt neq̃ʒ concludẽt. Exẽplũ autẽ ↄueniẽs argumẽtatiõis. i. rõcinatiõis cõpoſite eſt in prima figura Euclidis. Cuz enĩ ſup datã rectã lineã. a. b. volueris triangulũ eq̃laterũ ↄſtituere: ⁊ volueris ꝓbare triangulum iſtũ eẽ eq̃laterũ ſic facies: pone punctuz. a. cẽtrũ ſup q̃õ figes vnũ pedẽ circini: deinde appones circulum vſq̃ ad punctũ. b. ⁊ facies circuluz circa cẽtꝝ. a. ſimil'r ſup punctũ b. pones pedem circini vnũ: deinde extendes alium vſq̃ ad punctum. a. facies circuluz: Duo igit̃ circuli eq̃les ſunt q̃m ſunt ſup eãdẽ longitudinez: ⁊ interſecant ſe in pũcto. g. a. quo pũcto ꝑtrahit̃ vſq̃ ad pũctũ. a. linea recta q̃ ſit. g. a. ⁊ ſimil'r a puncto. g. protrahit̃ vſq̃ ad punctũ. b. linea alia recta que ſit. g. b. Dic ergo q̃ triãgulus contentus ĩter tria pũcta. a. b. g. eq̃laterus eſt q̃ ſic ꝓbat̃: due recte linee. a. b. ⁊. a. g. equales ſũt q̃m exeũt a cẽtro vni⁹ circuli ad eiuſdez circũferentiã: ſil'r due linee recte. a. b. ⁊. b. g. ſũt eq̃les ꝑꝑ eãdez cãm: Due autẽ linee. a. g. ⁊. b. g. ſũt eq̃les q̃m eq̃les ſũt vni ⁊ eidez linea q̃ eſt. a. b. Cõcludit̃ g̊ q̃ triãg'lus eq̃later⁹ ẽ. Vſus aũt fuit olim taliter ĩducere ꝓpoſitiões:

vnde ſic reducantur ad verū ordinē non
proueniet ꝯcluſio niſi quatuor ſyllogiſ-
mis quoꝝ vnuſquiſqꝫ cōſtet ex duab⁹ ꝓ-
poſitiōib⁹. Prim⁹ eoꝝ eſt hic due recte
linee .a b. ⁊ .a.g. procedunt a cētro eiuſ-
dem circuli ad circūferentiā eiuſdē: oēs
aūt linee recte procedentes a centro vni-
us circuli ad eiuſdē circūferentiā equa-
les ſunt: ergo due recte linee .a.b. ⁊ .a.g.
ſūt equales. Secūdus eſt ꝙ due linee re-
cte .a.b. ⁊ .b g. exiſtētes a centro vni⁹ cir-
culi ad eiuſdē circūferētiā ſimiliter ſunt
equales eadē ratione. Tertius eſt ꝙ due
recte linee .a.g. ⁊ b g. ſunt equales eiuſ-
dem linee que eſt .a.b. oēs aūt due linee
equales eidē rei ſunt inter ſe equales: er-
go due linee recte .a g. ⁊ .b g. ſunt īter ſe
equales. Quart⁹ ꝙ figura .a.b.g. que cō-
tinet a tribus lineis equalibus triangu-
la eſt ⁊ equilatera: oīs aūt figura a b g.
contenta eſt a tribus lineis equalib⁹: er-
go figura cōſtituta .a.b.g. ſuper lineā .a.
b. eſt triangulus equilaterus. Hic eſt ve-
rus eius ordo: ſed placuit ei propoſitio-
nes aliquas ꝑtermittere: eo ꝙ ſunt ma-
nifeſte: Euigila igitur ad hoc. Hoc eſt
qđ dici debuit de forma ſyllogiſmi.




¶ De materia ſyllogiſmi. Caplꝫ qntū.

*De materia ſyllogiſmi.*

MAteria ſyllogiſmi ſunt propoſi-
tiōes que ſi fuerint credibiles ⁊
vere erunt ꝯcluſiones credibiles ⁊ vere:
ſi vero fuerint ꝓpoſitiones credibiles ⁊
falſe non cōcludent credibiles ⁊ vere:
ſi autem fuerint opinabiles non conclu-
dentur vere ſicut auꝝ eſt materia nūmi
⁊ rotunditas forma eius ſꝫ falſificat̄ ali-
quādo nūmus īflexione forme: ⁊ priua-
tione rotūditatis eo ꝙ fit oblique: ⁊ tūc
non vocabit̄ nūmus: aliqñ vitio mate-
rie ſcꝫ cum fuerit ex ferro vel ere. Syllo-
giſmus ſimiliter eſt vitioſus aliqñ vi-
tio forme ſcꝫ cū nō fuerit ſm̄ aliquaꝫ fi-
gurā premiſſaꝝ: aliquando eſt vitio ma-
terie q̄uis forma ſit recta ſcilitet cui ꝓ-
poſitio ſit opinabilis vel falſidica. ſed ſi-
cut aurū habet q̄nqꝫ ordines: primū eſt
vt ſit obriſū examinatū puriſſimū. Secū-
dus vt non ſit in illo gradu ſed habeat
aliquid admixtū ꝙ nō ꝑcipiat niſi peri-
tiſſimus Tertius ꝙ habeat admixtū ꝙ
percipiat quilibet peritus quādoqꝫ ⁊ im-
peritus. Quartus eſt vt ſit de ere: ſed ſit
adeo ſubtilis ſimilationis vt etiam poſ-
ſit fallere ꝑitū q̄uis nihil auri ſit in eo.
Quintus eſt vt falſitas appareat omni
homini. Similiter ꝓpoſitio habet q̄nqꝫ
ordines: primum ordinē habet illa que
eſt vera ⁊ credibilis ſine dubietate ſiue
deceptione: ⁊ argumentatio ex talib⁹ cō-
poſita dicit̄ demonſtratiua: ſed q̄ adeo
ꝓxima veritati vt ⁊ difficile poſſit falſi-
tas eſſe in illa ſed pōt fallatia eſſe in illa
cum diligentiſſime cōſiderat̄: ⁊ augmē-
tatio ex ea vocat̄ dialectica. Tertiuꝫ ha-
bet ea que opinabilis opiniōe conuenie-
ti: ſed tamē accidens ꝑcipit eius ꝯtrariū:
Et qꝛ ꝑt falli: ⁊ argumētatio cōpoſita ex
eis vocatur rhetorica. Quartū habet ꝓ-
poſitio formata ad modū verarū cuꝫ ſi-
militatione ⁊ dolo que nec eſt opinabilis
vel probabilis nec vera: Et ſyllogiſm⁹
qui fit ex ea dicit̄ deceptiuus ⁊ ſophiſti-
cus. Quintū hꝫ ꝓpoſitio que ſcitur eſſe
falſa: ſed tamē mouet animū aliquo mō
opinandi: ⁊ argumentatio fcā ex ea gre-
ce ſimica dicit̄: op⁹ aūt de his ꝓpoſitio-
nibus latius diſſerā. Omnis igit̄ pro-

*Syllogiſmus vitioſus reddit̄ ex plurib⁹.*

*Propoſitio hꝫ q̄nqꝫ ordies*

poſitio ex qua componitur argumenta-
tio que propoſitio nondum ſtabilita eſt
ratione: ſed ſumitur inquantum recipit̃

Propoſitio quomõ multipliciter diuiditur.

⁊ concludit̃ ex ea: ⁊ diuidit̃ in treſdeciʒ
partes ſcilicet in primas: ſenſibiles: ex-
perimentales: famoſas ⁊ in propoſitio-
nes quarum medius terminus ⁊ pro-
bationem intelligere in promptu eſt: ⁊
in eſtimatiuas: ⁊ maxĩas: receptibiles:
conceſſas: ſimulatorias: ⁊ eas que videñ-
tur maxime ⁊ putabiles: ⁊ ĩmutatorias.

Prime ꝓpoſitiões.

Prime ſunt quas per ſe neceſſe eſt natu
raliter ĩtellectui credere: vt hec duo ſũt
pluſꝙ̃ vnum: ⁊ omne totum eſt maius
ſua parte: ⁊ quecunqʒ equalia eidem: ⁊
ĩter ſe: ſiquis enim poſuerit ſe ſubito fa-
ctum intelligentem ſine precedente do-
ctore ⁊ educatiõe: ⁊ propoſite fuerint ei
huiuſmodi propoſitiones ſtatim intelli
get ſenſum earuʒ cuʒ cognouerit ſenſuʒ
totius ⁊ partis: ⁊ maioris: nõ poterit er-
go tunc credere totuʒ nõ eſſe minus ſua
parte: ⁊ hoc eſt in quolibʒ toto: hoc au
tem non contingit ex ſenſu: ſenſus eniʒ
non apprehẽdit niſi hoc vnum: vel hec
duo: Res vero nominatas hic: ⁊ queli-
bet deſignata. Illud autẽ iudiciũ eſt fi-
xum in intellectu naturaliter non poteſt
vnꝙ̃ comparari intellectus ab hoc ali-

Sẽſibiles ꝓpoſitiones.

quo mõ. Senſibiles ſũt vt hec ſol ẽ luci
dus: ⁊ claritas lune creſcit ⁊ decreſcit.

Expimẽtales ꝓpoſitiones.

Experimẽtales ſunt ꝓpoſitiones quas
acquirimus in ſenſu ⁊ intellectu vt hec
ꝙ ſcim⁹ ꝙ ignis adurit: ⁊ ſcamonea vẽ
trẽ ſoluit: ⁊ vinum inebriat: ſenſus eniʒ
apprehendit inebrietatẽ poſt potationẽ
vini ſepiſſimã: ⁊ intellect⁹ percipit quo-
niam hoc debuit ꝯtingere: ſi aũt hoc eſ-
ſet cauſale nõ ꝯtingeret ſepiſſime: gene-
rat̃ ergo in intellectu ſcientia huius rei

Famoſe ꝓpoſitiões.

firma ſine dubio Famoſe ſunt ſicut q̃s
vulgo dicẽte didicimus ſic̃ hec ꝙ egyp-
tus eſt quãuis nũquã vidimus: de quo
ſi nullatenus dubitauerimus vocabitur
famoſa. Non debẽt autẽ equaliter cre-
di oĩa famoſa: nã ſi alicui dubitanti pro
phetã miracula feciſſe dicatis ꝙ debeat
id credere qm̃ famoſuʒ eſt ſicut ⁊ hoc fa
moſum eſt ꝓphetam fuiſſe dicit ſe non
poſſe dubitare ꝙ propheta fuerit ſʒ po-
teſt dubitare ꝙ miracula fecerit ſi auteʒ
hoc eſſet ſicut illud nõ dubitarʒ de hoc
ſicut nec de illo: vñ oportet eũ ſuſtinere
quouſqʒ audiat totiẽs dici: ⁊ deuulgari
donec auferatur dubitatio ⁊ fiat ei fa-
moſa ſi forte fuerit de famoſis. Propo-

Naturaliter ĩtelligibiles ꝓpoſitiões.

ſitiones vero que ſequunt̃ habent pro-
bationem ſuam naturaliter ſũt ille qui-
bus nõ acquieſcit animus niſi per me-
dium terminum: Quã q² impromptum
eſt intelligere ideo dubitat̃ propoſitio
illa eſſe ꝑma q̃ ſcit̃ ſine medio termino
quãtũ nõ acquieſcat aĩus que tñ re ve-
ra nõ ſcitur niſi per medium terminuʒ:
intentio enim argumentatiõis eſt inue-
nire mediũ terminũ: maior aũt ⁊ minor
terminus ſunt in propoſitione queſita.
v̇.gra. cũ audimus ꝙ binari⁹ eſt medie-
tas quaternarij ſtatim ſcimus ꝙ quidẽ
neſcimus niſi ꝑ mediũ hoc modo. Me
dietas eſt vnaqueqʒ partiũ alicuius to-
tius equalis alteri parti. ſed binari⁹ eſt
vna duarũ partiũ quaternarij equaliũ:
ergo binarius eſt medietas q̃ternarii: cu
ius rei hoc ſignũ eſt: ſi enim quis ĩterro-
gat te: ⁊ dicit. Quarta ꝑs ſunt de. xxxiiij.
fortaſſe tñ non ſtatĩ intelligis quot ſint
medietas eius quouſqʒ diuidas. xxxiiij.
in duas partes equales: ⁊ deinde conſi-
derans vnãquãqʒ partiuʒ inuenies eſſe.
xiiij. tunc ſcies eſſe dimidium eius: ſed
quia hoc facile intelligit̃ iccirco cõmuta
illud exemplũ: ⁊ conſidera in maiori nu
mero: ⁊ pro dimidio pone partem deci-
mam ſeptimã vl' ſextã vl' quẽlibet aliã:
non eni intendo aliud niſi exemplũ po-
nere. Non ergo mireris aliquid eſſe ꝙ
nõ poteſt ſciri niſi per medium ꝙ tamẽ

intellectus percipit poſſe ſciri abſq; me
dio ⁊ abſq; argumentatione :non enim
omne ꝙ exiſtit vno modo percipit hoc
illud eſſe eodez modo:re.n.exiſtente in
intellectu eſt aliquid: ſed percipere quō
*Opinabiles ꝯcluſiones.* exiſtit: ⁊ quō ꝓferat̃ eſt aliud. Opina-
biles ſunt propoſiones falſe que ita fi-
xe adheſerunt in animo:vt nemo poſſit
dubitare de his ꝙ contingit ex actione
extimationis in ea que ſunt preter ſen-
ſibilia:extimatio enī non percipit aliq̄d
niſi ſ̄m ſenſibilia in quibus conſueuit
ſicut hic ꝙ extimatio iudicat non poſſe
eſſe aliquid cuius pars non poſſit oſten
di: ⁊ nihil eſt ꝙ non ſit in mūdo vel ex-
tra: Et ſicut hoc ꝙ totalitas mundi ter-
minat̃ inani vel pleno ꝙ eſt extra mun-
dum: ⁊ ſicut hoc ꝙ corpus nō augmen-
tatur vel creſcit ex ſe ipſo ſed ex exteri⁹
addito. Cauſa aūt huius iudicij extima-
tionis de his hec eſt ꝙ hec non ſunt cō-
uenientia ſenſui:vnde non ꝑcipit ea exti
matio:Et falſitas horuz ſcitur ex hoc q̄
ſi omne ꝙ nō ꝑcipit extimatio eſſet fal-
ſum tunc ipſa extimatio eſſet falſa qm̄
extimatio non percipit extimationem:
Similiter ſcientia ⁊ potentia ⁊ q̄cunq;
forma nō apprehendunt̃ alio q̄nq; ſen-
ſuū nec apprehendit̃ extimatiōe.error
autem extimatiōis non deprehenditur
niſi in queſtiōibus que ſequunt̃ in ar-
gumentatiōibus cōpoſitis ex p̄mis q̄s
extimatio recipit: ⁊ cōcedit̃ ꝙ ⁊ Syllo-
giſmus cōponitur ex p̄mis: ⁊ ꝙ ꝯcluſio
eſt vera. Sed poſtq̄ illata fuerit abhor
rat eam recipere non eſt niſi ex natura
eius que refugit recipere ea que nō ſunt
*Mãifeſte ꝓpoſitiōes.* ſenſibilia. Manifeſte ſunt ꝓpoſitiones
que nō recipiunt̃ niſi ĩquantū ſunt ma-
nifeſte. Et putat vulg⁹ ⁊ ſimplices docto
res eſſe primas comitātes ĩtellectus na-
turā:vt hec: Mēdaciū eſt turpe: Inno-
cens nō debet puniri:iuſticia neceſſaria
eſt:iniuſticia eſt turpis: Et ꝙ oīs homo

debet velare pudēda: ⁊ horuz ſimilia. Et
hec ſunt ea que ſepe audiūt hoīes a pue
ricia in q̄b⁹ cōueniunt plures gentes cā
cōis vtilitatis. Has ḡ facile recipit aīus
eo ꝙ conſueuit in illis: ⁊ ad recipienduz
eas iuuant aliq̄ñ mores proprij vel ex
puſillanimitate: vel formidine vel vere
cundia. Si autē ꝓponetis quis ſe fuiſſe
creatū intelligētē nō per doctrinā:nec ꝑ
diſciplinā morū nec per exercitiū: ⁊ pro
ponent̃ hmōi ꝓpoſitiōes poſſet eas nō
recipere: Nō ſicut hec ꝙ duo ſūt pluſq;
vnū. Quedā aūt iſtarū ꝓpoſitionū ſunt
vere ſed ſubtili cōditione vel demōſtra
tione: ⁊ putant̃ eſſe vere abſolute: ſicut
hic ꝙ putat̃ eē veꝝ abſolute ꝙ deus eſt
potēs ſuꝑ omnia. Et hec eſt maxīa cui⁹
negatiua quidem eſt abſurda nō vera:
nō enī potēs eſt creare ſibi ſimilē:vnde
op; dici potēs eſt ſuꝑ omne ꝙ eſt poſſi-
bile in ſe. Et dicit̃ ſcire oīa cū ipſe nō ſci
*Maxie ꝓpoſitiōes.* at oīa q̄ neſcit ſimilē ſibi. He aūt Ma-
xime differūt ſ̄m maiorē ⁊ minorē eui-
dentiā ſui: ⁊ ſ̄m diuerſitates vſus ⁊ mo
rū: ⁊ terrarū ⁊ artificū. Maxīa aūt que
eſt apud phiſicos non eſt maxia que eſt
apud experimentales ⁊ ecōtrario. Con-
tradictoria maxie nō eſt illa que eſt fal-
ſa ſed q̄ eſt abſurda: Contradictoria v̄o
falſa eſt illa q̄ eſt v̄a:multa enī vera ſūt
abſurda: ⁊ multa falſa diligunt̃: ⁊ ſunt
maxime:dubiū eſt primas ⁊ aliq̄s ſenſi
biliū famoſarū ⁊ expimētaliū eſſe maxi
mas:in quib⁹ nihil aliud ĩtendimus ni-
*Receptibiles propoſitiones.* ſi probabilitatē. Receptibiles ſunt ille q̄
habent̃ a ſanctis hoīb⁹ vel a maiorib⁹
ſapiētū vel ab antiq̄s ⁊ ſenib⁹ cū conſti
terit eas ab eis fuiſſe dictas vel in libris
ſuis ſcriptas: ⁊ p̄ter hoc eos fuiſſe vite
laudabilis:hec enī omnia in aīo conſti-
*Cōceſſe ꝓpoſitiōes.* tuunt fidē. Conceſſe ſunt q̄s ꝯceſſit ad-
uerſarius:vel ſunt mãifeſte ĩter ambos
tm̄:hec.n.reperiunt̃ q̄nq; ⁊ nō ab alio:
nec differt maxima a cōceſſa niſi in ge-

neralitate ⁊ ſpecialitate ꝙ maximũ vulgus recipit: Cõceſſuȝ vero ſolus aduerſarius ↄcedit.

Simulatorie propoſitiones.

Simulatorie ſunt q̃s ſtudet hõ aſſimilare p̃mis vel experimentalibus vel maximis: nec ſunt vt ille: ſȝ vt ille eſſe videnť:

Maxie in apponẽtia ꝓpoſitiones.

Maxime in apparẽtia ſunt q̃s q̇ audit ſtatiȝ recipit in p̂ncipio: ſȝ cũ diligenter attẽdit audit nõ eẽ recipiendas: qꝛ ꝑcipit eas eſſe vitioſas ſicut cũ q̇s audit hoc ꝙ dicit: adiuua fratrem tuũ cũ nocet vľ noceť ei: aĩus feſtinat recipe: ſed cũ bene cõſiderat videt ꝙ in iuſticia eũ adiuuare nõ dȝ.

Putabiles ꝓpoſitiones.

Putabiles ſũt que faciũt putare aliq̇d q̃uis aĩus ꝑcipiat poſſe eẽ ei⁹ oppoſituȝ natũ ſicut hoc ꝙ dr̃: Qui nocte ambulat malefactoꝛ ẽ: ſi eniȝ malefactoꝛ nõ eẽt nocte nõ ambularet: vľ hͦ ꝙ dr̃ ille aſſonat inimicũ tuũ: ergo eſt inimicus tu⁹ q̃uis illa ſocietas poſſit dolo fieri. ſ. ad vtilitatem amici.

Imaginarie traſſormatorie vľ imutatorie propoſitiones.

Imaginarie vel tranſſoꝛmatoꝛie vel immutatoꝛie vt ꝓpoſitiones quas ſcimus eſſe falſas: ſed ĩpꝛimũt in animo vel appetenda vľ reſpuẽda: ſicut hoc ꝙ diciť: mel videť eſſe ſtercus: vñ qñq; reſpuit aĩus illud q̃uis ſciat illud eſſe falſum: Hec igiť ſunt oẽs ſpẽs ꝓpoſitionum.

¶ De acceptione propoſitionum in facultatibus. Capl'm ſextum.

QUincq; pꝛime ſpẽs. ſ. p̃me: ſenſibiles: Expimẽtales: Famoſe: ⁊ que ſecũ hñt nãtr ꝓpoſitionez ſuaȝ ↄgruũt argumentatiõib⁹ demõſtratiuis. Utilitas aũt demõſtratiõis eſt manifeſtatio v̾itatis: ⁊ acq̇ſitio certitudinis. Maxie v̾o ⁊ cõceſſe apte ſũt argumẽtatiõibus Dialecticis. ſȝ p̂me cũ ceteris q̈tuoꝛ cuȝ ĩcidũt in dialecticã foꝛtioꝛes ſũt: ſed nõ recipiunť in ea niſi ĩquãtũ ſunt ↄceſſe ⁊ ꝓbabiles qm̃ nihil aliȏ attẽdit dialecticus niſi hͦ.

Utilitas dyaletici multiplex.

Utilitas aũt dialectice multiplex eſt. Pꝛĩa eſt ↄuincere p̃ſumptuoſũ ⁊ iactantẽ ſe ſcire ꝙ neſcit: ⁊ incedenteȝ extra viã v̾itatis: cui⁹ ĩtellect⁹ qm̃ nõ poteſt apꝑ̃hendere v̾itateȝ demõſtratione ideo ↄuertimus eũ ad maxĩas: putat. n. ipſe neceſſario recipiẽdas ad cognitiones v̾itatis: ⁊ veras: ⁊ ꝑ eas oñdiť ei falſas ſnĩa. Scḋa eſt vt cũ voluerim⁹ docere illũ aliquã ſcĩaȝ veram ꝙ ſit ſenſu deſcriptũ a vulgo: Nec ſit ↄtent⁹ oꝛ̃one rhetoꝛica: nec exhoꝛtatiõe: nec tñ aſcendit adhuc ad gradũ ſupꝛioꝛeȝ v̾itatis vñ poſſit apꝑ̃hẽdere legẽ demõſtrationis: poſſit tñ plãtari in aĩo ei⁹ ſnĩa v̾a argumentatiõib⁹ dialecticis: ⁊ iſti ſunt q̃plures de his q̇ vocanť ĩquiſitoꝛes ſcĩe legis. Tertia eſt ꝙ ĩtroducẽdi ĩ ſingulis artib⁹ vt in medicina ⁊ geometria ⁊ ceteris nõ pñt ꝑ̇us addiſcere p̂ncipia artiũ ⁊ ea que p̃mittunť ꝑ demõſtratiões: ſȝ nec recipiẽt ea poſita. Satiſfacim⁹ aũt eis in hm̃õi argumẽtatiõib⁹ dialecticis ⁊ ꝓpoſitiõib⁹ maxĩs quouſq; pñt ea diſcere ꝑ demõſtratiõeȝ. Quarta eſt ꝙ nã dialectice argumẽtatiõis eſt poſſe ↄcludere duas extremitates ↄ̃dictiõis ĩ queſtione ꝙ cũ fecerit ⁊ ↄſiderauerit locum erroꝛis aliqñ mãifeſtabiť ei v̾itas ĩ illa q̃õne. Sufficiãt hec dcã d̾ dialectica: cui aũt nõ ſufficiũt recurrat ad libꝝ ꝙ ẽ ꝓpꝛie de his q̃ nõ opȝ ĩducere hͦ. Putabiles aũt ⁊ ſimulatoꝛie ꝓpoſitiões ſũt apte argumentatiõi ſophiſtice: nec ꝓſunt alio mõ niſi vt ſciãť ad cauẽduȝ eas: ⁊ aliqñ tẽtamus ꝑ eas ĩtellectum ei⁹ quẽ neſcim⁹ an ſit ꝑit⁹ ĩ arte an nõ quouſq; ſciamus quõ ſciat ſibi cauere ab eis: Et cũ hͦ fuerit vocabiť argumẽtatio tẽtatiua: Aliqñ v̾o ĩducemus eas ad ĩferẽdũ ſibi verecũdiã q̇ ſimulat vulgo ſe ſapiẽtẽ eẽ cũ nõ ſit ſeq̇ť euȝ vulgus: deĩde diſputamus cũ eo ⁊ ↄuincimus euȝ coꝛaȝ populo ꝑ eas qm̃ nõ p̃õt eas cognoſcere: ⁊ poſtq̃ oñdimus populo vñ ꝓueniat erroꝛ recedit ↄfuſus: Et tunc vocabiť argumentatio deceptiua. Maxie v̾o in apparẽtia ⁊ putabiles ⁊ receptibiles ap

te ſunt fieri argumētatiōis ꝓpōnes rhe
toꝛice et legalis: ⁊ ois argumētationis
que non ītendit certificari: ſ ꝑſuadere.
Utilitas aūt rhetoꝛice manifeſta eſt: fle-
ctere .ſ. aīos ad inq̄rēdā ṽitatē ⁊ ad fugi
endā falſitatē: Silr̄ aūt eſt vtilitas lega
lis exhoꝛtatiōis: rhetoꝛice aūt eſt pꝛius.
Quā nō opꝫ hic īducere. Trāſſoꝛmato-
rie āt ſūt ꝓpōnes argumītatōis firmice
.i. poetice. Si aūt ꝑme ⁊ reliq̄ q̄tuoꝛ īdu
cunt ī rhetoꝛicā vel firmicā nō īducunt
niſi īquātū ſunt ꝓbabiles ⁊ īquātū trāſ
foꝛmatiue: ꝙ aūt plus hñt ſupꝛa hᵒ ꝙ nō
eſt neceſſariū ad hᵒ: Ex his aūt oībꝰ ne-
gocijs nihil eſt op cogᷓſcere niſi demon
ſtratiuum ad inquirendum eum ⁊ ſo-
phiſticum ad cauendum eum. Intentio
noſtra erit admō loqui de his duobus.
Finitur tractatus de argumentatione.

¶ De fallatijs. Caplm̄ ſeptimū.

Nunc aūt oñdemꝰ ſpēs erroꝛis ī il
la ad cauēdū eas que ſūt decem.
Pꝛīa ē ꝙ diſputatiōe ſepe fiūt cōfuſe: ⁊
ꝓuenit inde maxius erroꝛ vñ opꝫ te vt
exerceas te ī rducēdo ea ad oꝛdinē ꝑſcri
ptuꝫ ad hᵒ vt ſcias ſi eſt ſyllogiſmus an
nō: ⁊ ſi fuerit poſtea cuiꝰ ſpēi: ⁊ cuiꝰ figu
re ⁊ cuiꝰ modi ad hᵒ vt appat locꝰ decep
tiōis vbi ē. Scḋa vt diligēter obſerues
mediū terminū ad hoc vt oīno eodē mō
ſumat in vtraqꝫ ꝓpōne: ſi .n. aliq̄ diuer-
ſitas fuerit ſubiecti ſm magis ⁊ minus
vitioſus erit ſyllogiſmꝰ ⁊ ꝯcludet erro-
rē. ṽ. ḡ. diximꝰ negatiuā vlēꝫ ꝯuerti in ſi-
milē ſibi: ſiq̄s aūt dixerit nulla lagena ē
in vino ṽa erit ſua ꝯuerſa vt vr̄ q̄ ē nul-
lū vinū ē in lagena q̄ eſt falſa: cā aūt hu
iuſ ē qꝛ nō obſuauit legē ꝯuerſiōis: ſi n.
dicēt nulla lagena ē vinū: ⁊ nullū vinuꝫ
eſt lagena ṽa eēt: cū ṽo addit ī ⁊ dr̄ nul
la lagena ē ī vino eiꝰ ꝯuerſio ē vt dicas
nihil ꝙ eſt ī vino ē lagena: ⁊ hᵒ ē ṽa: Lo
cus aūt erroꝛis ē ꝙ vinū hic ꝑdicat cuꝫ
ꝓpōne in ⁊ nō ꝑ ſe: vñ opꝫ vt ipſe idē ⁊
eodē mō fiat ſubiectū ī ꝯuerſo: ꝙ cū ob-
ſeruatuꝫ fuerit erit ṽa ſua ꝯuerſio. Ter-
tia eſt vt obſuet ne īter vtrūqꝫ terminū
maioꝛē .ſ. ⁊ minoꝛē ⁊ extremitates ꝯclu-
ſiōis ſit aliq̄ diuerſitas: Syllogiſmꝰ eni
facit ꝯiūgi duos terminos ſine oī diuer
ſitate: ⁊ hᵒ pōt ſciri ex oībꝰ q̄ aſſignauimꝰ
in contradictoꝛijs. Quarta eſt vt obſuet
duos vl̄ tres terminos ⁊ duas extremi-
tates ꝯcluſiōis ne ſit ī eis equocū: pōt .n.
nomē eē vnū ⁊ ſignificatiōes multe: Et
tūc non erit verꝰ ſyllogiſmus: ⁊ hᵒ ēt pōt
ſciri ex eis q̄ dcā ſūt in ꝯdictoꝛijs. Quin
ta ē vt obſues copulatōeꝫ ⁊ noīa: diuer
ſis .n. modis qñqꝫ accipiunt: ⁊ īde erroꝛ
ꝓuenit: vt hᵒ q̄cq̄d ſcit ſapiens ſic eſt vt
ſcit: hᵒ .n. veꝝ pōt dici de ſcito ⁊ de ſciēte
ēt pōt dici: pōt .n. dici ꝙ qꝛ ſciuit lapidē
ipē ſit lapis. Sexta ē vt nō recipias īde-
finitas: trāſſoꝛmāt .n. credulitatē: ſi .n. de
terminaret īdefinita ꝑcipiet ītellectꝰ eā
eē falſā vt hec amicꝰ inimici ē inimicus
tibi: hᵒ recipit aīus: ſi autē determinet ſic
vt dicat oīs amicꝰ tui inimici ē inimicꝰ
tibi ꝑcipiet ītellectꝰ hᵒ nō eē vlē neċario.
Septia eſt qꝛ aliqñ credet ꝓpōnē ī ſyl-
logiſmo eo qd̄cūqꝫ q̄ſiueras eiꝰ ꝯdicto-
riū in ītellectu tuo nō īuenit: ſed hᵒ nō fa
cit neceſſitatē credēdi ꝙ ꝯdictoꝛiū eiꝰ nō
īueneris: ſ cū cognoueris nō hēret ꝯdi-
ctoꝛiā: ſ in ſe: foꝛtaſſe eſt .n. ei ꝯdictoꝛia
ſed tu nō habes eā ad manū ṽ. ḡ credis
hᵒ ꝙ dicit ꝙ deꝰ eſt potēs ſuꝑ oīa eo ꝙ
nō intelligis eē aliq̄d ſupꝛa ꝙ nō credis
eū poſſe Quouſqꝫ ītelligas eū nō poſſe
creare ſimilē ſibi ⁊ tūc ꝑcipies te erraſſe
in ipſa credulitate tua: veꝝ eſt autē ipm
poſſe ſuꝑ omne ꝙ eſt poſſibile in ſe: ⁊ hᵒ
nō hēt ꝯdictoꝛiū in ſe vllo modo. Octa-
ua eſt vt qō nō fiat ꝓpō in ſyllogiſmo:
tunc .n. ꝓponeret id ꝙ querit vt hec ꝓ-
batio oē ꝙ mouet eget mouente qm̄ ni
hil mouet ex ſe: hᵒ .n. idē ē ꝙ ꝓbari ꝺbu
it: ſ mutatis ṽbis poīt illō q̄ſi ꝓbatio.

Nona eſt vt nõ ꝓbeť aliquid per id q̄
nõ ꝓbať niſi ꝑ ipſm vt hoc q̄ dr̃ aiatuꝫ
nõ moriť qm̃ inceſſabiliter agit: neſcien
tes qm̃ nõ inceſſabiliter agẽs niſi ſcieris
qꝛ nõ moriť: ⁊ ꝑ hoc ꝓbať iceſſabilitas
actiõis ſue. Decima eſt vt fugiat ꝓpoſi/
tiones putabiles marĩas: ſimulatorias:
nec credas niſi p̊mas ⁊ ſenſibiles: ⁊ al's
que cũ eis ſunt: Cũ.n. diligenter ꝯſidera
uerit has oẽs conditiones erit eius ſyl/
logiſmus veridiſſime ꝯcluſionis: ⁊ pro/
ueniet ex eis certitudo abſqꝫ ambiguita
te in tantum q̄ licet velis dubitare de
eo non poſſis.

## ¶ De demonſtratione. Capl'ꝫ octauũ.

Materia quinta eſt de his que ſe/
quunť librũ argumẽtatiõis de
analecticis poſterioꝛib⁹ in qua eſt vtili/
tas demonſtratiõis. Hec diuidiť in qua

Quadru/
plex ſpẽs
demõſtra/
tionis.

tuoꝛ ſpecies. Prima ſpẽs eſt de qõnib⁹
diſciplinabilibus: ⁊ eoꝝ ꝑtib⁹. ſ. de qua/
tuoꝛ qõnib⁹ que verſanť in ſciẽtijs qua
ruꝫ pꝛima eſt an eſt ſcꝫ qua q̄riť an res
habeat eſſe. Secũda eſt quid eſt: qua ſcꝫ
queriť de quiditate rei. Tertia eſt quale
eſt ſcꝫ qua queriť dr̃ia rei per quã ſepa
rať ab eo q̄ ſecũ ꝯuenit in eodẽ genere.
Quarta eſt quare eſt ſcilicet qua queriť
cauſa eſſe rei. Interrogatio vero an eſt
fit duobus modis vno quo q̄riť an res
habeat eſſe: vt cũ queriť ſi deus eſt: et ſi
humanitas. Secũdo cuꝫ q̄riť diſpoſitio
rei vt cũ queriť an deus eſt nolens: vel
an mũdus cepit. Interrogatio vero q̄d
eſt ſimiliter duob⁹ modis fit: vno cum
queritur de interpꝛetatione nominis ad
ſciendũ ſenſuꝫ loquẽtis vt cũ dr̃ antro/
pos queritur quid itelligat per illud ⁊ re
ſpõdeť homo ambulat. alio mõ queriť
veritas rei in ſe vt cuꝫ queritur quid eſt
antropos reſpõdeť animal rõnale moꝛ/
tale. Interrogatio vero q̄d ẽ ſm̃ pꝛimuꝫ
modũ pꝛecedit iterrogationẽ an eſt. Cũ
quis enim nõ itelligit nomẽ rei nõ iter/
rogabit an ſit res illa: ſꝫ vero aliũ modũ
poſterioꝛ eſt ea que eſt an eſt: quiſquis
eni neſcire an res habeat eſſe nõ iquirit
quid ſit. Interrogatio v̊o quale queriť
de differentia vel de ꝓpꝛio interrogatio
vero quare eſt fit duobus modis: vno
queriť cã eſſe rei vt cũ queriť quare pã/
nus cõbuſtus eſt: reſpondeť qꝛ in igneꝫ
cecidit: Alio queriť cã ſcientie vt cũ di/
xeris quare dixiſti eũ cecidiſſe in ignem:
reſpondeť qꝛ cõbuſtũ inueni. Interro/
gatio v̊o q̄d eſt ⁊ quale eſt ꝑtĩet ad ima
ginationẽ: ſed iterrogatio an eſt ⁊ qua/
re eſt pertinet ad credulitatẽ. Secunda

Secũda ſpe
ties demon/
ſtrationis.

eius ſpẽs eſt de ſyllogiſmo demonſtra
tiuo. Syllogiſmus demonſtratiuus di/
uidiť in eũ quo acquiriť cã eſſe cõcluſio
nis: ⁊ ĩ eũ quo acquiriť fides eius q̄ꝺ eſt
eſſe. Pꝛimus vocať demõſtratio quare
eſt: Secũdus vocať demonſtratio quia
eſt. v̊ ḡ. ſiquis tenuerit in illo loco eẽ fu/
mum: ⁊ dixerit quis quare tu dicis hoc:
dicet qꝛ ignis eſt ibi: ſꝫ vbicũqꝫ eſt ignis
eſt fumus: ergo fumus eſt ibi: iam ergo
fecit demõſtrationẽ nobis de quare ſcꝫ
de cã credendi fumũ eſſe ibi: ⁊ de cã fu/
mi: cũ ergo dixeris ignis eſt ibi ⁊ dixerit
q̄s quare hoc dixiſti. reſpondebis qꝛ fu
mus eſt ibi: ſꝫ vbi eſt fum⁹ ibi eſt ignis:
iam ergo aſſignaſti cauſaꝫ credendi eſſe
ignẽ ibi non cãm ignẽ eſſendi ibi: ⁊ qua
cã ignis eſt ibi: ſemꝑ.n. cãtũ innuit cãꝫ:
⁊ cã innuit cãtuꝫ: ſꝫ cãtũ nõ facit debere
eſſe cãm: cã vero facit debere eſſe cãtũ: ⁊
hic eſt noſter ſenſus: vnũ etiã cãtoꝝ nõ
facit debere eẽ alterum cãtoꝝ q̄uis ſint
cauſata ſub eadẽ cã ad demõſtrationẽ
vero de qua re nõ ꝑtinet ipſum eſſe cãꝫ
inueniẽdi terminũ minoꝛẽ maioꝛẽ abſo
lute: ſed ſi fuerit cã iformãdi per maio/
rem minoꝛẽ ſatis eſt: vt ſcꝫ ſit cã cõtinẽ/
di ĩ eo: vt cũ dr̃ hõ eſt aĩal: ⁊ oẽ aĩal ẽ coꝛ
pus ergo hõ eſt coꝛp⁹. Hec demonſtra/
tio eſt de qua re qm̃ medi⁹ terminus cã

eſt inueniēdi minorē ⁊ maiorē terminū:
hō enī eſt corp⁹ eo ꝙ eſt aīal qm̄ corpo
reitas eſſentialis ꝓprietas eſt aīalis ad
ueniēs ei ex hoc ꝙ ipſum eſt aīal nō ex
aliquo cōiori ſicut eſt eſſe neqꝫ ex ali/
quo minus cōi ſicut eſt ſcriptor. Tertia
Tertia ſpēs demōſtratio nis. ſpēs eſt de his in quib⁹ potius ɔtinētur
ſciētie demōſtratiue: ⁊ hec ſunt quatu/
or ſcꝫ ſubiecta accidētia eſſentialia: que/
ſtiōes. principia. per primū quidē ꝙ eſt
ſubiectū ītelligit ꝙ oīs ſciētia ſubiectū
hꝫ ſine dubio de quo tractat: ⁊ cui⁹ pro
prietates inqrunt in ea: vt ſubiectū me/
dicine eſt humanū corp⁹: ⁊ ſubiectū geo
metrie eſt mēſura: ⁊ ſubiectū arithme/
trice eſt nūerus: ⁊ ſubiectū muſice eſt to
nus: ⁊ ciuilis ſciētie eſt ɔtrauerſia ſpecu
lator. g̃ cuiuſlibet ſcīe nō debet probare
in ſua ſcīa ſuū ſubiectū qm̄ nec muſicus
debet ꝓbare eſſe tonos: nec geometer
menſuras eſſe debet ꝓbare: ſed debent
ēt probari hec ī alia: ⁊ iō neceſſe ē oīno
intelligere hec ſubiecta cū diffinitionib⁹
ſuis ſm imaginationē. Per ſecūdū aūt
ꝙ eſt accidētia eſſentialia ītelliguntur
ꝓprietates accidētales illi ſubiecto tm̄
⁊ non alij. ſicut triāgulo ⁊ quadratura:
accidūt quibuſdā menſuris: ⁊ curuitas
⁊ rectitudo q̄buſdā aliis mēſuris: que
ſunt accidentia eſſentialia ſubiecto geo
metrie: ⁊ ſicut paritas ⁊ īparitas nume/
ro: ⁊ ſicut ɔſonātia: ⁊ diſſonātia tonis q̄
eſt ꝓportio: ⁊ ſicut ſanitas ⁊ egritudo
corpori aīaliū. Neceſſe eſt aūt in princi
piis cuiuſlibet ſcientie intelligere hec ac
cidentia eſſentialia cū ſuis diffinitiōib⁹
ſm imaginationem: ſed hoc exiſtere in
ſuis ſubſtātiis nō cognoſcit niſi ex cō/
prehēſiōe vel cōplexione ipſius ſciētie:
Intentio enī ſcientie nō eſt niſi inquire/
re de ipſis accidentibus in ipſa. Per ter
tiū aūt ꝙ eſt qōnes inquirimus coherē
tiā ipſorum accidētiū eētialiū cū ſuis ſub
iectis: Et hoc ꝙ eſt petit ī omni ſcien/
tia de quo īterrogatur in ea. Secūdum
vō ꝙ interrogat de eis in ea noīant in
ea qōnes huius vel illius ſcientie: ſꝫ ſm
ꝙ petunt dicunt petitiōes: ſm vō ꝙ cō
cludunt in demonſtratiōib⁹ dicunt cō
cluſiones: in q̄b⁹ oīb⁹ noīatuꝫ eſt vnū: ſꝫ
variant noīa ſm varietatē īterpretatio
nū. Qm̄ oīs qō ꝓbāda eſt in aliqua ſcīa
tūc ſubiectū ēt qōnis erit ſubiectū eiuſ/
dē ſcientie: aut accidētia eſſentialia ſub
iecti eiuſdē ſcīe. Si aūt ſciētie ſubiectuꝫ
fuerit ſubiectū qōnis vel erit ipm̄ ſubie
ctū tm̄ ſicut dr̄ in geometria ꝙ oīs men
ſura eſt cōicās menſure eiuſdē generis
vel incōicās: ⁊ hoc eſt ꝙ ſolet in ea q̄ri:
⁊ ſicut ꝙ dr̄ in arithmetica ꝙ oīs nume
rus eſt medi⁹ ſuorum extremorū eque a ſe
diſtātiū: vt q̄nari⁹ medius eſt īter ſex ⁊
quatuor: ⁊ tria iter. xxviii. ⁊ duo. xxix. ⁊
vnū. vel erit ipm̄ ſubiectū: ſed cuꝫ ipreſ/
ſiōe eſſentiali ſcꝫ accidētia eſſentialia: vt
hoc ꝙ in geometria dr̄: ꝙ oīs mēſura in
incōmunicās alicui incōicans eſt omni
cōicāti eidē: hic. n. accipit mēſura icōi/
cās eſt oī cōicāti idē nō mēſura ſimpli
citer Incōicare āt eſſentiale accñs ē mē
ſure. Et ſicut hoc ꝙ dr̄ in numero ꝙ ſi
aliq̄s numerus diuidat in duo media
quorum vnū multiplicet in alterum ꝓue/
niet quarta ei⁹ ꝙ ꝓuenit in ductu toti⁹
in ſe: hic. n. accipit dimidiatus nūer⁹ nō
numerus ſimplr̄: vel erit ſubiectū que/
ſtiōis tm̄ ſpēs ſubiecti ſcīe: ſicut hoc ꝙ
dr̄ ſenari⁹ eſt numerus pfectus: ſenari/
us. n. ſpēs eſt nūeri vel erit ēt ſpēs: ſed
cū ipreſſiōe ſic hoc ꝙ in geometria dr̄ ꝙ
oīs linea recta ſtans ſup lineā rectā fac
vtrobiqꝫ angulos eq̄les duob⁹ rectis:
linea. n ſpēs eſt mēſure q̄ eſt ſubiectuꝫ
ſcīe: rectitudo aūt accñs eētiale ē ei: vl
erit ipreſſio tm̄ ſic hoc ꝙ ī geometria dr̄
ꝙ oēs trianguli tres angulis ſunt eq̄les
duob⁹ rectis: triangulo. n. accñs eſt eſ/
ſentiale alicui mēſurarum: Impoſſibile eſt

ergo ſubiectū ſciētiarū demonſtratiuaꝝ
eſſe niſi vnū iſtorū quinqꝫ quorū predi-
cta ſunt accidētia eēntialia illi ſubiecto
propria. ꝑ quartū vero ꝙ eſt ꝓpria intel
ligimus ꝓpoſitiōes cōceſſas in arte illa
quibus ꝓbant̄ queſtiones illius artis.
Ipſa vero principia nō ꝓbant̄ in ipſa
arte: ſed vel ſunt prima: ⁊ vocant̄ ꝑ ſe
nota vt hoc ꝙ dr̄ in principio Euclidis
cū eq̄libus eq̄lia addunt̄ tota quoqꝫ ſūt
eq̄lia: ⁊ cuꝫ de eq̄libus eq̄lia demunt̄ q̄
reliquunt̄ eq̄lia ſunt vel nō ſunt prima
ſed ſunt recipienda a magiſtro: ſi vero
recipit ea credēs vocant̄ principia ꝓpo
ſita: ſi aūt dubitauerit vocat̄ ꝓlogus q̄
tm̄ recipit retinēs illa ī corde ſuo quouſ
qꝫ ꝓbent̄ ei ī alia arte ſicut hoc ꝙ dr̄ in
principio Euclidis: neceſſe cōcedere ſuꝑ
punctū quodlibet quātūlibet occupādo
ſpaciū circulū cōſtitui poſſe: ⁊ oēs line-
as exeūtes a cētro circuli ad circūferen-
tiā eiuſdē eq̄les eē dicim⁹ ſunt plurimi
hoīuꝫ q̄ ignorāt circulū eſſe h⁹i vt linee
exeūtes a centro ad circūferentiā ſūt eq̄
les: ſed ꝓponit̄ eis hoc in principio ſcīe

Quarta ſpēs demō ſtrationis. Cōditiōes ꝓpoſitionū demonſtrationis ſunt quatuor

Spēs q̄rta eſt de oībus cōditiōib⁹ ꝓpo
ſitionū demōſtrationis: q̄ q̄tuor ſunt. ſ.
ꝙ ſūt v̄e: ⁊ nec̄arie ⁊ prīe: ⁊ eēntiales: v̄e
ītelligūt̄ certiſſime: ſic̄ ⁊ ꝑ ſe note: ⁊ ſen
ſibiles: ⁊ q̄ ſūt cū eis ſic̄ ꝑdictū eſt. Ne-
ceſſarie v̄o ſunt vt aīal hoī: nō vt ſcrip-
tor homini. Hec. n. ꝯditio eſt cū q̄rit̄ de
ꝯcluſiōe neceſſaria: cū. n. ꝓpoſitio n̄ fue-
rit neceſſaria ſapiēs nō dꝫ nec̄ario cre-
dere ꝯcluſionē. Prime ſūt cū ꝑdicatū ꝓ
poſitōis eſt ꝓximū ſubō ꝑꝑ ſubiectū ſic̄
h̄ oē aīal ē corp⁹ aīal. n. ē corp⁹ eo ꝙ eſt
aīal n̄ ꝑꝑ aliq̄d aliō qō ſit longinquum
ab eo: nō ſic̄ h̄ hō ē corp⁹: nō. n. hō ē cor
pus eo ꝙ hō ē. ſꝫ eo ꝙ ē aīal ⁊ qꝛ ē aīal
iā eſt corp⁹: corporeitas. n. prīo īeſt aīa-
li: ⁊ eo mediāte hoī: Nec eſt longinquū
ſubiecto eo vt ſcriptor aīali: nō enī ſcri
ptor ineſt aīali niſi ꝑꝑ humanitatē que
eſt minus longinqua: ergo prime ſunt
cū īter ꝑdicatū quaꝝ ⁊ ſubiectū nihil ē
mediū cui īſit ei prim⁹: ⁊ eo mediāte alij
Hec ꝯditio obſeruāda eſt in ꝓpoſitio-
ne prima: In propoſitiōibus v̄o que iā
fuerāt cōcluſiones argumentationuꝫ: ⁊
fuerūt ꝓpoſitiōes in aliis argumentatio
nib⁹ nō ſuabit̄ hec cōditio ſed ponim⁹
in eis neceſſarias: ⁊ eſſentiales. Eſſentia
les ſunt in q̄bus nihil eſt de accidētib⁹
extraneis: In ſcientijs. n. nō de eis agit̄
Geometer. n. nō ꝯſiderat an linea recta
pulchrior ſit q̄ꝫ curua: ⁊ ſi circulus ſit cō
trarius linee: Pulchritudo enim ⁊ con
trarietas extranee ſūt a ſubiecto ſue ar-
tis quod eſt menſura. Hec autem acci-
dunt menſure non ex hoc ꝙ eſt menſu-
ra ſed ꝓpter aliud ꝙ eſt cōius eo. ſ. eſſe
vel huiuſmodi: Medicus ēt nō conſi-
derat an plaga ſit rotunda vel non: qm̄
rotunditas non accidit corpori quia eſt
in eo plaga. ſed ꝓpter aliud ꝙ eſt cōius
in eo Cuꝫ. n. medicus dicit vulnus hoc
difficile curabis qm̄ rotundū eſt ꝙ cir-
culariter primo res ſunt alijs figuris nō
eſt hoc ex ſcientia medicinali: nec pote-
rit hoc dici ex eo ꝙ nouerit medicinam:
ſed ex hoc ꝙ nouerit geometriam. Ne
ceſſe eſt. n. igit̄ vt ꝑdicatū q̄ōnis ſit eſ-
ſentiale in ſcījs ⁊ in ꝓpoſitionibus: eſ-
ſentialib⁹. ſꝫ ē īter hec aliq̄ dr̄ia. Eſſētia
le. n. h̄ accipit̄ duob⁹ modis vno vt ꝑdi
dicatū ītret diffinitionē ſubiecti vt aīal
hoī qm̄ ipꝫ eētialr̄ īeſt hoī: ⁊ ītret ī diffi-
nitionē ei⁹: Sēſus. n. hui⁹ ꝙ dr̄ hō nihil
aliō ē q̄ꝫ aīal tale ſcd̄o vt ſubiectū ītret
diffōnē ꝑdicati n̄ ecōuerſo. ſic̄ ſignū na
ſo: ⁊ rectitudo linee. Intellect⁹. n. ſimi ni
hil aliō ē q̄ꝫ hēns naſū hmōi: naſus g̃ ē
ī diffōne ſimi ſine dubio: Eſſentiale aūt
ſm̄ primū modū ſupuacuū eſt oē ꝑdica-
tū ī q̄ōnib⁹ q̄ q̄rūt̄ ī ſcījs. ſubiectū. n. n̄
cog̊ſcit̄ niſi ꝑ ꝑdicatū: veꝝ: prior ē cogni
tio ꝑdicati cognitione ſubiecti: q̄ūo igi-

Eſſentiale accipit̄ duobus modis

Prior eſt cognitio predicati cognitione ſubiecti

tur quereretur exiſtentia predicati in ſub-
iecto: Quiſquis enim intelligit triangu-
lum cū diffinitione ſua ſm imaginatio-
nez non inquiret ea que predicantur de
eo: poſtea autem pōt querere ſi oēs eius
trianguli anguli ſunt equales duobus
rectis an nō: Querere autem an ſit figu
ra vel nō ſuperuacuum eſt. Prius enim
intelligit̄ figura: deinde diuidit̄ in contē
ta trib⁹ lineis que eſt triāgulus: vł qua-
tuor que eſt quadrāgulus vel pluribus.
Scientia igitur predicati precedit ſcien
tiā ſubiecti Oportet autez vt p̃dicata
propoſitionuz ſint eſſentialia ſm alterū
modū: Et poteſt concedi ꝙ duo p̃dica-
ta duarum propoſitionum ſint eſſentia-
lia ſm intentionem ſecundam. Sed ꝙ
ſint eſſentialia ſm primam intentionem
hoc non debet concedi: concluſio enim
prius eſſet cognita q̃z propoſitio qm̄ eſ-
ſentiale eſſentialis ſm primā intentiōez
eſſentiale eſt: ergo non debet dici hoc ꝙ
omnis homo ē animal: ⁊ omne animal
eſt corpus: ergo omnis homo eſt cor-
pus: q̃zuis etiaz hoc poſſit queri: Cogni
tio eniz corporeitatis prior eſt cognitio-
ne humanitatis: Cuz ergo hō fuerit ſub
iectum omnis neceſſe eſt prius imagina
ri hominē: deinde querere ꝙ de ipſo p̃-
dicat̄: Quiſquis aūt imaginat̄ hoiez ne
ceſſe eſt prius imaginari animal ⁊ cor-
pus ſine dubio: eo ꝙ primo intelligitur:
deīde diuiditur in animal ⁊ cetera: ⁊ de-
inde ꝙ aīal diuidit̄ ī rōnale ⁊ cetera: Cō
cedit̄ autem ꝙ propoſitio minor ſit eſ-
ſentialis ſm intentionem primaz: ⁊ ma-
ior eſſentialis ſm intentionē ſecundaz: ⁊
econtra tenet: Hoc autē eſt ꝙ volumus
oſtendere: ⁊ facere ītelligi de Logica.

¶ Explicit liber logice Algazelis.

Sequitur philoſophia.

¶ Petrus Liechtenſtein Colonienſis Germanus: ex oris Erweruelde oriundus. Ad laudem ⁊ honorem dei ſummi tonantis: ⁊ ad cõmune bonũ ſeu vtilitatem ſũmis cũ vigilijs laboribuſq; hoc preclarũ in lucem opus ꝓdire fecit Anno Uirginei partus. M.D.VI. Jbidus Februarijs ſub hemiſpherio Ueneto.

* *
*

¶ Jncipit liber philoſophie Algazelis trãſlatus a Magiſtro dominico archidiacono ſecobieñ. apud toletum ex arabico in latinum.

V Sus fuit apud phõs. ꝓponere ſciaꝫ naturaleꝫ: nos aũt elegimus ꝓponere differẽtiã eo ꝙ magis neceſſaria eſt ⁊ maioris diuerſitatis: ⁊ qm̃ ipſa eſt finis omniũ ſciẽtiarũ ⁊ inquiſitionis earũ. Unde ipſi ꝓpter difficultatem ſuaꝫ: ⁊ obſcuritatem poſtpoſuerũt eã: ⁊ etiã qꝛ difficilius eſt eam ſcire ante naturalẽ. Nos autẽ ĩterponemus aliq̃ de naturalibꝰ: ſine quibꝰ nõ põt ſcĩa diuina ĩtelligi. Et complebimus id quod dicturi ſumus de intentionibus huiꝰ diuine ſciẽtie in duabꝰ ꝓpoſitionibꝰ ⁊ quinq; tractatibꝰ. Quoꝝ primus eſt de diuiſiõibꝰ eſſe ⁊ de iudicijs eius. Secundus eſt de cã vniuerſi eſſe que eſt deus altiſſimus. Tertius de proprietatibus eiꝰ. Quartus de operationibus eius ⁊ de cõparatione eoꝝ que ſũt ad ipm̃. Quintus eſt quomõ habẽt eſſe ex illo ſm̃ intentionem eorum.

Diuiſio totius opis.

¶ Jncipit liber primus de ſciẽtia que apud phõs vocaꝛ diuina. De diuiſiõe ſcientiarum. Capitulum primum.

Ois ſcientia habet ſubiectuꝫ.

N On eſt dubiuꝫ ꝙ omnis ſcientia ſubiectũ habet: de cuius diſpoſitionibus inquiritur in illa omnia auteꝫ que ſunt de quibus poſſibile eſt tractari: duo ſunt. ſ. ea que hñt eſſe ex noſtro opere ſicut oĩa opera humana vt leges conſtitutiones: habitus: exercitium: bella ⁊ cetera huiuſmodi: ⁊ ea que non habent eſſe ex noſtro opere: vt deus celuꝫ terra vegetabilia animalia metalla ⁊ ſpiritus ⁊ cetera hmõi. Sine dubio igitur cognitio ſapientie diuidiꝛ in duo. Quoruꝫ vnũ eſt qđ facit ſcire diſpoſitiones noſtroꝝ operũ ⁊ vocaꝛ ſcĩa actiua: cuiꝰ vtilitas eſt cognoſcere per eã maneries operationũ agẽdoꝝ per quas vtilia nobis ꝓueniant in hoc mundo: ⁊ certificatur noſtra ſpes de vita eterna. Alteruꝫ eſt quo cognoſcunꝛ diſpoſitiões oĩum que ſunt ad hoc vt deſcribaꝛ in animabus noſtris forma vniuerſi eſſe ſm̃ ordinẽ ſuũ ſicut deſcribiꝛ forma viſibilꝭ in ſpeculo. huiuſmodi aũt ꝺ̃ſcriptio in noſtris animabus eſt perfectio ipſaꝝ: qm̃ appetitus anime ad recipiẽdũ ea ꝓprietas eſt ipſiꝰ anime: Unde deſcribi ea in aĩa in pñti q̃dẽ eſt Summa nobilitas: ⁊ in futuro cã felicitatis ſicꝫ ĩ ſequẽtibꝰ oñdeꝛ. et hꝫ dꝛ ſcĩa theorica.

Scĩa eſt nobilitas aĩe.

¶ Unaqueq; aũt harum ſcientiaruꝫ diuiditur in tria.

Diſtinctio prima.

¶ Actiua enĩ diuidiꝛ in tria: quoꝝ vnũ eſt ſciẽtia diſponẽdi ꝯuerſationẽ ſuam cũ oĩbꝰ hominibus. Homo. n. eſt creatura quam neceſſe eſt conuerſari cum hominibꝰ qđ nõ bene põt ſibi ordinari ita vt vtile ſit ei in hoc mundo ⁊ ĩfuturo niſi ſm̃ modũ ꝓpriũ. Huius aũt ſciẽtie radix eſt ſcĩa fidei: ſed ꝑfectio eiꝰ ſunt ſciẽtie diſpoſitionuꝫ que neceſſarie ſunt ad regẽdas ciuitates ⁊ ciues eaꝝ.

Scĩa docet hoĩeꝫ cũ hominibus bñ cõuerſari.

¶ Secũdũ eſt ſcĩa diſponendi domũ ꝓpriaꝫ ꝑ quam cognoſciꝛ qualiter ſibi viuendũ ſit cum vxore propria: ⁊ filijs: ⁊ ſeruis: ⁊ cum oĩbus domeſticis ſuis.

Scĩa docet diſpõere domũ ꝓpriaꝫ.

¶ Tertiũ eſt ſcĩa moralis qua cognoſciꝛ qualis in ſe eſſe debeat homo. ſ. caſtus ⁊ vtilis in ſuis moribus ⁊ ꝓprietatibus. Et qm̃ omnis homo vel eſt ſolus vel admixtꝰ

Scĩa docet hoĩem qualiter debeat eſſe virtuoſus.

aliJs:admixtio aũt vel eſt proprie cum
domeſticis ſue domus vel cõmuniter
eũ cũ ciuibus . Idcirco hec ſcientia ſm
has tres diſpoſitiones diuiditur in tria
Diſtictio.ij. ſine dubio. ¶ Scia vero ſpeculatiua ſi‑
militer diuidiť in tria:quorum primum
Diuiſio ſcie dicitť ſcientia diuina ⁊ pria phia. ¶ Se
cundũ dicitur ſcientia diſciplinabilis vľ
mathematica ⁊ ſcientia media. ¶ Ter‑
tium vocatur ſcientia naturalis ⁊ ſcien‑
tia infima. Hec autem ſcientia non ob
aliud diuidiť in tria:niſi qꝛ omnia que
.j. ĩtelliguntur vel ſunt omnino extra ma
teriã nec coheret corporibus conuertibi
libus ⁊ mobilibus vt eſt ipſe deus altiſ‑
ſimus ⁊ angelus ⁊ vnitas ⁊ cauſa ⁊ cau‑
ſatũ conueniens ⁊ ĩconueniens ⁊ eſſe ⁊
priuatio ⁊ ſimilia:ex quibus quedã ſunt
que impoſſibile eſt exiſtere in materia:
accidit tamen eis exiſtere in materia:ſi‑
cut eſt vnitas ⁊ cã.corpus enim dicitur
vnum ⁊ dicitur cauſa:ſicut dicitur etiaꝫ
angelus ex neceſſitate vero ſua nõ hñt
.ij. exiſtere in materiJs:vel pendent ex ma‑
teria:⁊ hꝫ ex neceſſitate vno duoruꝫ mo‑
.iij. dorum. Aut enim non poſſunt eſtimari
ſine materia propria vnde homo vege‑
tabile celum terra mare ⁊ relique ſpeci‑
es corpoꝝ:aut poſſunt eſtimari ſine ma
teria propria vt triangulus ⁊ rotunduꝫ
⁊ longum:hec enim q̃uis nõ hñt eſſe ni
ſi cum ſunt in materia propria:tñ quan‑
tum ad eſſe non debetur eis materia ꝓ‑
pria eo ꝙ poſſunt poni ĩ ferro ligno ter
ra ⁊ aliJs hmõi. Non ſic homo qui non
poteſt ĩtelligi niſi in materia ꝓpria que
eſt caro oſſa nerui ⁊c̃. Si enim materia
hominis ponatur lignum nõ erit homo
Quadratus enim ſiue ſit in cera ſiue in li
gno ſiue in aliJs q̃ꝫ pluribus ſemꝑ qua‑
dratus erit. Hec enim poſſunt eſtima‑
ri ⁊ intelligi abſqꝫ vlla conſideratione
materie. Scientia igitur que tractat tan
tum de his que ſunt omnino extra ma
teriam eſt theologia: Que vero tractat
de his que poſſunt eſtimari abſqꝫ mate ¶ Theologia que ſit
ria ſed nõ hñt eſſe niſi in materia eſt ma
thematica : que vero tractat de his que
non hñt eſſe niſi in materiJs ſignatis eſt
naturalis Hec igitur cauſa eſt quare he
ſcientie diſtribuunť in tria. Speculatio
igitur phie conſiſtit in his tribus ſcien‑
tiJs ⁊ in illis tribus. ¶ Propoſitio ſcđa
eſt de oſtẽſione ſubiecti iſtarum ſcien‑
tiarũ:vt ex hoc appareat ſubiectum ſciẽ
tie diuine in cuius via ſumus. ¶ Scie
autem naturalis ſubiectum eſt corpora
mundi ſm ꝙ cadunt in motum ⁊ ĩquie‑
tem ⁊ permutationem:nõ ſm ꝙ habent
numerum menſuram ⁊ formã ⁊ rotun‑
ditatem:nec ſm ꝙ partes eorum com‑
paranť aliJs:nec ſm ꝙ ſunt factura dei
altiſſimi. Conſideratio enim corporalis
poteſt fieri his omnibusmodis:natura
lis autez tractator ſcilicet nõ conſiderat
corpora niſi ſm ꝙ permutantur ⁊ con‑
uertuntur tantum. Sciẽtia ỽo naturalis
habꝫ plures ramos ſicut medicinã ima
gines incantatiões allectiones ⁊c̃. Ma
thematice vero ſubiectum vniuerſaliter Subiectũ mathematice
quantitatis eſt ſed diuiſim magnitudo
⁊ multitudo. Mathematica etiam ha‑
bet plures radices ⁊ ramos:ſed radices
ſunt ſcientia geometrie ⁊ ſcientia nume
ri:ſcientia de forma mundi: aſtrologia
⁊ muſica: ⁊ eius rami ſunt ſcientia ſcili‑
cet de aſpectibus:ſcientia de ponderibꝰ
ſcientia de machinis mobilium:ſciẽtia
de artificiJs ⁊ ingeniJs ⁊ ceteris. ſcientie
vero diuine ſubiectuꝫ eſt id quod eſt cõ
munius omnibꝰ ſcilicet eſſe ſimpliciter
vel abſolute:duo autem que in hac ſciẽ
tia ſunt ſubſtantia ⁊ accidens:vniuerſa
le ⁊ ſingulare:vnuꝫ ⁊ multa:cauſa ⁊ cau
ſatum:in potentia ⁊ effectu:conueniens
⁊ inconueniens: ⁊ que ſunt conſequen‑
tia ipſum eſſe inquantum ipſum eſt eſ‑
ſe:tantum quod debet vel quod eſt ne‑

ceſſe eſſe ⁊ poſſibile ⁊ ſimilia: Hec enim
eſſe omnia conſequuntur eſſe ex hoc ꝙ
eſt ens: non ſicut triangulatio ⁊ quadra
tio que cōſequuntur ens: ſed poſtꝙ̄ ſit
menſura: nec ſicut paritas ⁊ imparitas
